

Sp. — 128

N. 125

R. 77

3/4

Res. 77.3.04



UNIVERSIDAD DE SEVILLA



600148614

v. 22068107

HISPANIA,
FRANCIA,
AVSTRASIA &
HELVETIA.

GEOGRAPHICE HISTORICEQ.
TABVLIS AENEIS DELINEATAE.

In qua singularum cuiusque Prouinciaram natura, cæli soliꝑ; constitutio, incolarum mores, ciuitatum oppidorumꝑue nominis origines, & Prouinciæ cum externis commercia, & earum propriæ artes, vna cum Principum qui eis præfuerunt serie ac genere sic indicantur, vt non solum politicæ rei studiosis literatisꝑue viris, & historicis & iter agentibus, verum etiam mercatoribus cum primis utilis atque necessaria videatur.

COLONIAE VBIORVM,
Typis Lamberti Andreae. Anno 1598.

HISPANIA,
FRANCIA,
AVSTRASIA &
HELVETIA.

GEOGRAPHICE HISTORICEQ.
TABVLIS AENEIS DELINEATAE.

In qua singularum cuiusque Prouinciarum natura, cæli soliꝫ; constitutio, incolarum mores, ciuitatum oppidorumꝫ; nominis origines, & Prouinciæ cum externis commercia, & earum propriæ artes, vna cum Principum qui eis præfuerunt serie ac genere sic indicantur, vt non solùm politicæ rei studiosis literatisꝫ; viris, & historicis & iter agentibus, verùm etiam mercatoribus cum primis utilis atque necessaria videatur.

COLONIAE VBIORVM,
Typis Lamberti Andreæ. Anno 1595.

HISPANIA
FRANCIA
AVSTRASIA
HELIVETIA

GEOGRAPHICAE HISTORIAE
TABULIS AENEIS DELINEATAE

In qua singulorum cuiusque Provinciae natura
tuta, eam solis, constitutio, incolarum mo-
res, ciuitatumque nomina, et nomina
gines, & Provinciae cum externis commu-
cia, & eorum propriae artes, una cum Princi-
pum qui eas praeficiunt serie generatim
dicuntur, ut non solum politicae sed etiam
literariaeque viris, & historicis & ita gene-
bus, verum etiam mercatoribus cum prae-
villis adque necessaria videatur.

COLONIAE AGRICOLA
Typis Lambertii Anthonii
Anno 1725

CANDIDO LECTORI.



L DIDIMVS nuper Lector candide, Franciæ, Au-
strasiæ & Heluetiæ Geographicam historicamq; ta-
bulis æneis delineationem, quarum dorſis ne ea om-
nino vacua eſſent, quædam magni momenti impri-
mi curauimus, nempe ſingularum Prouinciarum
naturam, cæli ſoliq; constitutionem, incolarum
mores, ciuitatum oppidorumq; nominis origines, & Prouincæ
vniuerſe cum exteris cõmercia, & eius proprias artes, vna cum Prin-
cipum qui eis præfuerunt ſerie ac genere, quæ omnia ſic indicantur
vt non ſolum politicæ rei ſtudioſi, literatiſq; viris, & hiſtoricis &
iter agentibus, verùm etiam mercatoribus cùm primis vtilis atque
neceſſaria videatur. Hinc & Gallia ſic externos alloquitur:

Polleo diuitijs, ne tu Mercator ad Indos.

Ditior à noſtris mercibus eſſe potes.

Cumq; noſtrum inſtitutum viris doctis probari nunciatum ſit, id
& de alijs faciendum ſtatuimus. Proindè nunc, hoc opuſculo, Hi-
ſpaniam damus decem tabulis deſcriptam, quarum dorſis ne vacua
ſine fructu ſpectarentur, quædã non minimi momenti, ex Petri Me-
dinæ libro, qui Hiſpanicè Libro de grandezas y coſas memorables
de Eſpaña inſcribitur, imprimi curauimus. Eum authorẽ inter alios
Hiſpaniæ ſcriptores ſelegimus, tum quod valdè diligens perſcruta-
tor rerum Hiſpanicarum fuerit, tum quod Latinus factus non ſit.
Maluimus itaque hunc Latinum facere, quam aliorũ Latina ſcripta,
quaſi cramben recoctam vorãdam apponere. De laudibus hiſtoriæ
fortaſſe quis aliquid à nobis expectabit, quod hiſtorica tractemus,
ſed cùm id à multis tam diſertè præſtitum ſit vt à nobis nihil addi
queat, id relinquimus. Quis autem harum tabularum vſus ſit, & quæ
vtilitas ſi quis querat, multiplex proſectò eſt, & niſi vereremur ne il-
lud vulgatum nobis ob jci poſſet, Ne te laudaueris ipſe, ea referre
poſſemus: tantùm hoc ne longiores ſimus, dicemus, ſicut iucun-
dum eſt parua in tabella pictos cernere mundos, ita & delectat mun-
di prouincias exigua in tabella conſpicere, idq; tam clarè, vt quo-
dammodo tangi omnia videantur, multo clarùs rectiusq; quam
alicuius vel diſerti viri oratione fieri queat, cui multum laborãdum
eſſet multaq; verba profundenda, vt aud torem ſitum alicuius Pro-
uinciæ oppidorum à ſe inuicem diſtãtias, fluuiorum or. gines fluxuf.

que,

que, montium sylvarumque constitutionem doceret. Ad quid tabulæ Geographicæ vtilis sint, id illi optimè norūt, quos experiētia stultorum magistra docuit, suoque magno malo talia ignorarunt, quod & Romanis euenit, qui per talium rerum ignorātiā, in Furcas Caudinas se præcipitarunt. Quæruntur aliqui tabellas paruas esse, nec omnia loca Prouinciæ quam exprimunt cōtinere, fatemur id libenter, quin & hoc addimus, studio multa loca omiſſa esse, quod ignota nulliusque momenti essent, & vix vicinis, tacemus exteris, nota. Quod si omnibus tabulis, quæ nō omnia Prouinciæ loca continent, potius carere vellemus, quàm ijs vti, quæ non omnia loca exprimunt, paucas profectò tabulas Geographicas haberemus, & propter rem parui momēti magno bono careremus. Obijciunt alij ipsis stomachum mouere nēuos, quos in chartis Geographicis comperiunt: à talibus querere velim, num vinum bibant, respondebunt se bibere cūm suppetit rursus ex eis queram, num id semper laudatissimum sit, Creticum nempe, respondebunt, se non semper tale bibere, repugnante crumena vel quod non suppetat: Cum eorum ergo bona gratia quæram, quare non potius prorsus à vino abstineant, si id omnium optimum non sit; respōdebunt se præsentibus vti optare meliora. Cur igitur nō idem de tabulis Geographicis sibi faciendum statuunt? seligat itaque vnusquisque tabulas, quæ haberi possunt castigatissimas, ijs vtatur & pro melioribus habeat, donec castigatio res edantur. Hæc præfari visum est, vt ij, quibus tam delicatus est stomachus, vt nihil nisi delicatissimum gustare velint, boni consulant, quæ ab alijs magno cum labore edita sunt, etsi nequis quibusdam non carent, ijsque absque obmurmuratione vtantur, donec meliora apponantur, quod & nos vehementer optamus vt & ijs vti possimus. Interim tamen alienos labores, vnde aliquid ad nos boni redit, benignè recipiamus ac grati animi significationem exhibeamus, quod suis laboribus nobis quantum in ipsis fuit prodesse studuerint.

PROVINCIA RVM INDEX.

H <i>spania vulgò España.</i>	A <i>Hispalensis Conuentus.</i>	F
<i>Castilia, Nauarra, Asturia, Estremadura.</i>	B <i>Granata regnum, vulgò Reyno de Granada.</i>	G
<i>Galicia regnum.</i>	C <i>Valentia regnum.</i>	H
<i>Lusitania regnum, vulgò Reyno de Portugal.</i>	D <i>Aragonia regnum & Cathalonia Principatus.</i>	I
<i>andalusia.</i>	E <i>Gupuzcoa vulgò Guipuzcoa.</i>	K

HISPANIA vulgò ESPANNA. ^A

HISPANIAM scribit Ptolemeus Iberiam dictam fuisse ab Ibero fluuio Hesperiae nomen postea accepit à Rege Hespero, qui in ea post Herculem Lybicum regnavit: tandem Hispania à Rege Hispano dici cepit, quod nomen ei mansit. Post diluuium, Patriarchæ Noë ex Iapeto filio nepos Tubal in Hispaniam, colonias deduxit, colonosque terram colere, greges pascere docuit, oppidumque Setubal in ora fluuij Setubar condidit. Tubali filius Iberus successit, à quo Iberia dici cepit. Ibero ordine successere Ydubeda, Brigo, Tagus, Betis, post cuius mortem Geryon aduena, per tyrannidem aliquas Prouincias sibi subegit, sed Hercules eum occidit, qui in Italiam proficiscens, Hispalim filium Hispaniæ præfecit, is Hispalim ciuitatem condidit, eiq; Hispanus filius successit, totque beneficijs is incolas affecit, vt nomen Iberiæ qua nuncupabatur negligentes, Hispaniam appellauerint. Post Hispani mortem, Hercules ex Italia (cui Athlantem præfecerat) in Hispaniã reuersus, ibi paulò post tempore naturæ satisfecit. Hesperus itaque eius inter belli duces præcipuus, pro Rege Hispaniæ habitus fuit, Hispaniaque Hesperia dici cepit, non tamen Hispaniæ nomen prorsus antiquatum fuit. Athlas postea ex Italia in Hispaniam venit, quod omnes Principatus quos Hercules possederat, sibi commendatos ab ipso diceret, cumq; Hispaniæ 10 annis præfuisset in Italiam tendens, Orum Hispaniæ præfecit: huic ordine successere, Sicorus, Sicanus Sicelco, Lusus qui Regis nomen sibi sumpsit, & Lusitaniæ nomen dedit: huic Vlo successit, qui se non Regem sed Sic (quod Ducem significat) vocari voluit. post eum Hispaniæ præfuerunt Testa, Lybius, Romus, Palatuo cui se vir potens Cacus opposuit, sed de eo pœnas sumpsit Palatuo & Hispaniam Erythreo filio reliquit, ei Gorgoris filius successit, huic Abydis, cui multa miranda acciderunt antequam regnum adeptus est: Multas res apprimè vtilis is Hispanos docuit, ita vt tunc primum Hispani homines dici meruerint. Nullus scriptorum literis mandauit, quis Abydi successerit. Chronici Castiliæ tradunt insequutos immensos calores, siccitates & aquæ penuriam, totisque 26 annis non pluuisse, exaruisseque omnia Hispaniæ flumina, exceptis Ebro & Guadalquiuir, qui lentas trahebant aquas, terram immensos hiatus fecisse, qui iter facientes impedierint, ne quo tendebant, peruenirent, omnes ferè incolas inedia perijsse, nec eos tantum, sed & omnia animalia, fame, calore, & qui indeniati sunt, morbis extincta: aliquos incolarum in alias regiones Galliam nempe Italiam & Græciam migrasse, ita vt Hispania dicto temporis spacio deserta fuerit, excepta Galicia & Asturijs, quæ humidæ marique vicinæ erant: cum autem Deus pluuiam dedisset, eos qui excefferant reuersos esse, terramque coluisse, sed per multos annos, nullos Reges, qui toti Hispaniæ præessent, habuisse, tantum Regulos particularibus Prouincijs præfuisse, qui inter se bella gerebant. Diuersis temporibus extraneæ gentes in Hispania commigrarunt, ciuitatesque in ea ædificarunt. Carthaginenses à Gadibus, vt ipsis contra Turditanos, auxilio essent in Hispaniam vocati, id quidem tunc præstiterunt, se temporis successu, maximam Hispaniæ partem sibi subditam fecerunt, & cum Romanis qui & aliquam Hispaniæ partem subiugarant, pacti sunt, vt Ebrus fluuius vtriusque populi limes esset, ita vt quicquid inter Ebrum & Pyrenæos montes esset, Romanis, id omne autem quod intra Ebrum Occidentem versus erat, Carthaginensibus cederet: Saguntum autem cum suis terminis, liberum sui que iuris esset, tanquam Romanis

4
manis amicum. Cùm Hannibal Saguntum excidisset, bellum inter Romanos & Carthaginenses exarsit, qui tandem tota Hispania expulsi sunt à Romanis, qui Hispaniam in duas partes diuiserunt, possederuntque donec Arcadius & Honorius Rom. Imp. eam Gothis (quorum Rex erat Athanaricus) concesserunt. Huic ordine successere 23 Reges, quorum vltimus Rodericus à Mauris occisus putatur, quos Iulianus Comes ob stuprum filiaë Cauæ à Rege Roderico illatum, in Hispanias duxerat, anno 17. super 700. quam 30 mensium spacio in suam ditioem redegerunt (quo spacio varijs prælijs 700000 hominum millia occisa putantur) exceptis Asturijs, in quas se contulerat Pelagius Fasilaë Gothi filius, quem Vitisa Gothorum Rex Roderici Regis præcessor morti tradiderat. Is Pelagius diuino auxilio fretus, & adiutus à Gothis, qui prælijs elapsi erant, & Hispanis qui in Pyrenæis montibus latitabant, Mauris se obiecit, & Legionem ciuitatem eis eripuit, sedemque regni fecit: Eius posteris, diucum Mauris bella gesserunt, Ferdinandus autem Castiliaë & Aragoniaë Rex, Caroli V. Rom. Imp. auus maternus Granataë Reges regnum sibi tradere, Hispaniaque excedere coëgit. De Hispania sic scribit L. Marineus Sículus. Cùm posita sit Hispania, sub claro felicique cæli tractu, quod clima Græci vocant, Prouinciarum multas antecedit, pulchritudine regionis, aeris salubritate, ventorum flatibus, aquarum fontibus, amœnitate nemorum, montium iugis, fertilitate soli, vbertate pabuli, arborum fructibus, armentis, gregibus, equis, portuosis maris littoribus, campis, pratis, iucundissimis fluminum ripis, venationibus, aucupio, piscibus, itē vino, oleo, melle, saccharo, vellere, lino, cannabe, sparto, iunco, rubia, minio, argento viuo, alumme, sapone, vitro, lapide speculari, lapide subsidiario, Iaspide, Rosmarino, croco, cera, pice, resina, cocco, serico, bombyce, marmore, alabastro, creta, ferro, ære, plumbo, scoria, stanno, argento, auro, ceterisque metallis & rebus ad vitam humanam necessarijs abundantissima semper est. hucusque Marineus. Homerus omnium poëtarum parens, & Hispaniaë fertilitatis atque salubritatis non ignarus, in ea vitam hominibus diuturnam, victum facilem, & campos Elysijs esse, multis carminibus cecinit, quorum pauca hæc sunt:

*Nulla est Hispana tellus felicior, in qua
Vita viris facilis, longissima tempora durat:
Non hyemis vis multa, niuis non ingruit imber,
Stridula sed semper Zephyrorum flamina mittit,
Ingens Oceanus, lenimina grata virorum.
Semper vbi erumpunt splendentia lumina Solis
Alma telluri, noctem qui ducit opacam.
Inde recens radijs, cum Sol percusserit arua,
Oceanus lentas alti profugerit undas:
Incidit Oceano lux fulgentissima Solis,
Nigram noctem & madidantia sidera ducens.*

CASTILIAE REGNUM,

vulgò REYNO DE CASTILLA.

B

CASTILIA testibus Strabone & Pomponio Mela Bardulia dicta fuit. Castiliae nomen ab Arcium siue castellorum frequentia, ei indiderunt Romani cum eam subiugassent, qui suum idioma in ea stabiliuerunt, Hispanicumque, quod tunc Vasconicum erat, exploserunt: iidem multarum rerum usum in Hispaniam inuexerunt iura nimirum, secundum quae lites deciderentur agriculturam, idioma Latinum, quod tunc apud ipsos in precio erat. Cum Hispania Mauris (qui eam occuparant) eripi cepit Comitatus titulo Castilia insignita fuit, cuius Comites Regem Legionis superiorem agnoscebant, iisque paruerunt, donec Legionis Rex Ordonius Secundus Castiliae Comites occidit. Regnante Froila, nobiles Castiliae ex suorum numero duos iudices elegerunt, unum ut iuridicundo praesesset, alterum rebus bellicis praefecerunt. Ferdinandus Gonçalez à Rege Legionensi Sanctio, Castiliam consecutus est nomine pecuniarum summam, quam ei immensam debebat: ea siquidem tanta erat, ut ei soluendo non esset, quae pecuniae contractio sic habet: Rex Ordonius à Ferdinando equum & falconem emerat, adiecta conditione, ut si Rex die solutioni dicto, non soluisset, pecuniae debitum singulis diebus duplicaretur: cum Rex fidem non liberaret, tractu temporis, debitum tantum excreuerat, ut nec Legionis regnum, debito luendo sufficeret. ergo Castilia cum Comitatus titulo, omni subiectione libera, absolutaque Ferdinando mansit, qui eam filiae Eluirae (quae nupta erat Regi Arragonum & Nauarrae Sanctio Maiori) reliquit: horum filio Ferdinando, cum titulo Regio, Castilia cessit anno à nato Christo 1016. Multae magnae ciuitates, oppidaque non contemnendi nominis in Castilia sunt: eius populus semper strenuus animoque praestans aduersus hostes habitus est. Foeminae quoque Castellanae robustae, planeque viragines sunt, multique laboris, ita ut in aliquibus Castiliae partibus, omne laborum genus foeminae in campis ferant, quos alij in locis viri subire solent: fruges enim secant, eas excutiunt, mundantque: linum colunt, aestateque vehementes aestus perferunt: multis quoque locis mulieres Castellanae pedibus in ciuitates oppidaque à loco habitationis duobus aut tribus miliaribus distita, cum iumentis cibarijs onustis proficiscuntur, quamuis omnia frigore niuibusque horreant, hoc ab ipsis diatim fit. Pane, vino, delicatis carnibus, fructibus, & croco, Castilia praestat. in ea & Legionis Toleti que regnis ciuitates oppidaque primae notae sunt 268. horum catalogus vulgari lingua hic est, qui infra scribitur:

Agreda.	Almonacid.	Bezerril.
Aguilar de Campo.	Alua de Tormes.	Bilforado.
Alarcon.	Alua de Lista.	Bonilla.
Albacete.	Aranda de Duero.	Borax.
Alburquerque.	Arcualo.	Brihuega.
Alcazar de Consuegra.	Arganil.	Briones.
Alcazar de Guete.	Atienza.	Brunete.
Alcala de Henares.	Auila.	Buen Dia.
Alcantara.	Ayllon.	Buytrago.
Alcaraz.	Axofrin.	Burgos.
Alfaro.	Balmaseda.	camora.
Almaçan.	Barco Dauilla.	Cabanas.
Almagro.	Bejar.	Caçorla.
Almanfa.	Belmonte.	Cadahalso.
Almodouar.	Benaunte.	Calahorra.
Almoguera.	Bruiçca.	Condè Muno.

Canta la Piedra.
Carcion.
Castro Xeriz.
Cauia.
Cepeda. Cerezo.
Cifuentes.
Ciudad Real.
Ciudad Rodrigo.
Ciguenza.
Chinchon. Chinchilla.
Coca.
Cousuegra.
Cueda.
Couillana.
Cogolludo.
Colmenar.
Coria.
Cartagena.
Covas Rubias.
Curiel. Cuerua.
Cuellar. curita.
Duenas.
El castillo de Garcimunoz.
El castillo de Stologal.
El Espinal.
El Prouencio.
El Viso.
Enzina.
Escalona.
Estorga.
Forti Duena.
Frias.
Fromesta.
Fuen Salida.
Fuente Saxo.
Galisteo. Galues.
Granon. Goia.
Gomorra.
Guad. lajara.
Guada Rama.
Guete.
Hamus. or. Haro.
Hellin. Hestera.
Hita.
Hontiueros.
Hontomin.
Hontoya.
Horosco.
Iecla.
Iorquera.
Iunilla.
La Lofa.
La Mora.
La Roda.
Ledesma.
Leon.
Linares.
Logrono.
Madrid.
Madrigal. Malagon.
Mal Partida.
Manfilla. Manates.
Mandroyana.

Maqueda.
Marrimunoz de las Posadas
Mayorga.
Medina Celi.
Medina del Campo.
Medina de Rio seco.
Medina del Pomar.
Mediana. Molo.
Melgar.
Mendoza.
Melide.
Miedes. Mirabel.
Miranda.
Modica. Molina.
Mondejar.
Mora. Morata.
Mostoles.
Montalegre.
Monte Agudo.
Montiel.
Najara.
Nauafria.
Naua de Roa.
Nauabillar.
Nauarrete.
Nicua.
Ocana.
Olmedo. Olite.
Olhuares.
Onate. Ona.
Orgaz. Oropeza.
Olmo. Oforno.
Oreja.
Padilla.
Palencia.
Palacios de Valduerno.
Plazencia.
Paredes.
Pared de Nauia.
Pastrana.
Pedraza.
Pena Fiel.
Penaranda.
Piedrahita. Pinto.
Ponferrada.
Portillo.
Puno en Rostro.
Puente del Arçobispo.
Quelada.
Quintana.
Rauanal.
Real de Mançanares.
Riaza. Roa.
Rodillana.
Sagramena.
Sabagun.
Salamanca. Salduendo.
Salmeron. Salinas.
Sant Clemente.
Sant Estevan de Gormaz.
Sant Martin de la Vega.
Sant Syluester. (fias.
Sant Martin de Val de ygle-

Santi Vanez.
Santi Yuste.
Santorcaz.
Santo Domingo de la Cal.
Santo Fimia. (cada.
Santa Maria de Nicua.
Santa Maria del Campo.
Santa Gadea.
Santa Olalia.
Sarria.
Salua Tierra.
Sayas.
Segouia. Sepulveda.
Sigura. Simancas.
Siron. Siruela.
Socuellamos.
Somosierra.
Soria.
Tafalla.
Talamanca.
Talaueza.
Tarancon.
Traspinedo.
Tendilla.
Ticumo.
Toledo.
Tordefillas.
Tordchumos.
Tordelaguna.
Tordoma.
Torralua.
Torrejon de Velasco.
Torrijos.
Torquemada.
Toro. Touarra.
Tudela de Duero.
Turdegano.
Vrena.
Vzeda.
Valladolid.
Val Defuentes.
Val de Nebro.
Valdemoro. Valdeira.
Valdeuieso.
Valdoluas.
Valuerde.
Valencia de Alcantara.
Vemioso.
Villa Castin.
Villa Diego.
Villa Escusa.
Villa Franca.
Villa Garcia.
Villalpando.
Villalar. Villalon.
Villa Nueva.
Villa Ruvia.
Villa Sandino.
Villa Robledo.
Yanguas. Yecla.
Ynesta. Yepes.
Yllescas. Yeucnes.
Zebretos.

NAVARRÆ REGNUM.

BB

CAROLVS Navarra Rex in Chronicis quę de hoc regno scripsit, Octavius Cæsarem, huius Prouincię populis bellum intulisse refert, eo quod Romanis rebellassent, victosq; maximam eorum partem, in montem qui Navarra dicebatur confugisse. Hic mons situ coronam effingit: Est inter Anesmam & Eulaten. Qui in montem confugerant se Nauuios vocitabant. Mauri cum Hispanias occupassent, eos à Nauaia monte, Nauarros, appellarunt, idq; nomen eis mansit. Cum Hispani in vertices Pyrenęorum montium se contulissent, quo iram & furorem hostis vitarent, Garciam ximenium stirpe Gothica ortum sibi Regem elegerunt: alij Navarra nomen nouum esse tradunt, & à Nauas deriuatum, quo nomine, Hispani areas planas, arboribus purgatas, & in circuitu, syluas dumosaque habentes appellant: & quod Navarra eiusmodi locis frequens sit, à Nauas ei Navarra nomen inditum esse. Vascones ferè eam incolunt. Terra tam pecori nutriendo, quàm agricolationi apta est, & quamuis Pyrenęis montibus opposita sit, longè tamen Celtiberorum Bardulorumque vtrinque finitimorum terras, aeris clementia & Solis benignitate superat. In Galliam Aquitanicam duas tantum Pylas, hoc est, portas siue aditus habet Navarra, vnã per Runcatas valles, alteram per vallem Runcitanorum. Ronzas siue Runcas vocant Hispani vepreta, runconibus (instrumenti id genus est) succisa, quod autem vtraque vallis, non aliam quam runcationis culturam admittant, runcata rectè appellari possunt, populusque eiusmodi locorum incola Runcitanus: Vtrumque aditum Biarnia Gallię regio excipit, id nomen adepta est à Bearno oppido, quod Antonio Pio authore Cæsar Augusta est, millibus passuum centum & duodecim, à summo autem Pyrenæo, eadem via, millibus passuum sex & triginta distat. Ciuitates oppidaque præcipua in Navarra numerantur 54.

Açagra.

Aioz.

Andosilla.

Arguedas.

Artajona.

Ayuar.

Burguete.

Cadeytra.

Caparoso.

Casante.

Casada.

Cieça.

Corrella.

Cortes.

Dicastillo.

Estella.

Falces.

Faradues.

A

Cali-

Galipenço.
Garez.
La Ruga.
Lerin.
Lefaea.
Licondo.
Lillo.
Lumbrer.
Mallen.
Marcilla.
Melida.
Meudauia.

Mendegoria.
Miranda.
Morilla.
Olite.
Ochagauia.
Pamplona.
Peralta.
Puenta la Reyna.
Ronces Valles.
Sant Guesa.
Sant Iuan de pie de puerto.
Santa Clara.

Sant Adrian.
Sefema.
Sit Vire.
Tafalia.
Tieuas.
Tudela.
Vroz.
Valtierra.
Varasnay.
Viana.
Villa Franca.
Yfaua.

ESTRE.

ESTREMADURA.

CVM aliquot annis GaloCeltæ Hispani, vixissent in Lusitania, aliqui Cipforum quibus non arridebat in proprio paternoque solo vivere (quod tamen omnium rerum fertile fecundumque erat) ardentisque desiderio alienas terras occupandi nouarumque rerum cupidi, fluium Guadianam trans miserunt, temporisque successu, id omne, quod eo & fluiuo vernaculè Guadalquibir dicto continetur occuparunt, id nunc vulgus Estremaduram nuncupat, ibi hi GaloCeltæ insignes ciuitates condiderunt, quibus ea indiderunt nomina, quas ipsorum patres in Lusitania possederant, inter eas duæ fuere primæ notæ, quæ Serias vernaculè dicebantur, quorum vnum cum Romani subiugassent, Fauoiolio, aut secundum alios Famam Iuliam nuncuparunt, vt eo nomine eam distinguerent ab alia Seria, quam Celte in ea Prouincia edificarant & adhuc extat, diciturque Feria satisque clara & celebris ciuitas est. Estremaduræ nomen huic Prouinciæ inditum est, quod Castiliæ extrema pars sit, ad quam latiorum fertiliūque camporum gratia, ob agrorum abundantiam aerisque Hyberno tempore temperiem commeari solet maxima gregum Castiliæ pars, ouium præcipuè quæ debilioris naturæ sunt. Mense Octobri greges à Castilia in Estremaduram hybernatum tendunt, eoque tanto sunt numero, vt dictu sit difficile, ouium nempe, veruecum aliorumque animalium: In ea oues pariunt, agnosque educant. Res notatu digna est, sensus animalium, quæ hyemem transactam caloresque appropinquare sentientes, iter terras naturales versus carpunt, nec se re aliqua remorari sinunt: Itaque tunc videre est itinera omnia, camposque omnes, gregibus obsessos, quæ in Castiliam ad æstiuam pergunt. Si id imitarentur homines ac mansionem domiciliumque, secundum tempus mutarent, salutis suæ probè consulerent. In hac Prouincia magni reditus ex herbis quæ magno in precio sunt, percipiuntur. Suntque in ea 37 ciuitates locaque præcipua, quæ hic recensentur:

Albanje.
Albuten.
Almendral.
Almendralejo.
Azuaga.
Aracena.
Badaxoz.
Baños.
Bien Venida.
Bilbes.
çafra.
Caceres.
Cañaueral.

Calçada.
Carcauosso.
Coria.
Deleytossa.
El Erena.
El Oliua.
Feria.
Fuente el Arco.
Fuente del Arcobispo
Galisteo.
Guadalupe.
Hornachos.
La Higuera.

Medellin.
Medina de las Torres.
Merida.
Monister.
Montanches.
Ribera.
Sigura.
Trugillo.
Vfagre.
Villa Garcia.
Xerez de Badaroz.

ASTV


ASTVRIÆ vulgò LAS ASTVRIAS.

ASTVRIÆ duæ sunt, quarum vna vernaculè Asturias de Ouidio dicta, Galicia terminatur, altera Santillana nomine, Cantabris & Vasconibus concluditur: vtraque excelsis montibus attollitur. In Chronico quodam habetur Galos, qui 250 annis ante natum Christum, in Hispaniam venerant, ad Asturiæ Septentrionales partes, qua Galicia est, peruenisse, statim tamen eas reliquisse, terram in qua commodius se habituros putabant indagantes, sed quo pœnitius progrediebantur, illis asperiores confragosioresque montes occurrisse, ideoque eorum permultos, in ijs pedem fixisse, tædio ulterius progrediendi: Alios autem longius progressos, maris oram attigisse, ibi suę peregrinationis motam fecerunt, perpendentes eam regionem propter viarum angustias vallesque, per quas in eam penetrandum est, fertiles iucundasque esse, fructibusque montanis, sua sponte nascentibus, rebusque vitæ opportunis refertam (tunc enim fructibus & herbis, quas terra vtrò per se gignebat, vivebant homines:) ijs itaque fructibus absumptis, in aliam commigrasse regionem, vbi fructibus repertis vixerint, ijsque tandem consumptis in primum locum reuersos. Hunc viuendi morem in India, Florida regionis incolis, in vsu esse illi retulerunt, qui fluuium Palmam anno 1526 exploratū missi fuere. In Asturijs frequentes fluuij sunt, qui bonos pisces suppeditant, feræ se venadæ offerunt, metallorumque venæ occurrunt. In ora maris, spaciosi commodique situ, portus sunt. Hæc multaque alia rerum vtilium indicia, Galos allexerunt, vt finem laboriosæ peregrinationi facientes, in ea sedem ponerent. Frigida est regio, miliumque magna copia producit, vnde panem coquunt incolæ, ex pomis potum exprimunt, quem Sidram vocant, eo loco vini vtuntur. Castenearum aliorumque fructuum affatim habent incolæ, qui alias Hispaniæ gentes animorum benignitate superât, liberales quoque & in amicitiam proclives habentur, naturæ instinctu iucundi, facetijsque dediti, veloces, prelijsque idonei sunt. multa animalia fereque syluestres hic sunt. Silius Italicus poeta, Asturias produxisse equos paruulos quales Frisij erant, eosque magno numero canit.

GALICIAE REGNUM.

CVM Rex Gargoris in Hispania regnaret, quod fuit teste Chronico 580 annis, ante Natiuitatem Domini nostri Iesu Christi, in eam venit Teucer, vnus eorum qui Troiam destruxerat. Eum Iustinus à Telamonio patre, odio habitum scribit, propter mortem sui fratris Aiadis, nec eum in regno recipere voluisse: Teucer itaque, se in Cyprum recepit, vbi ciuitatem Salaminam condidit: de obitu autem sui patris factus certior, in patriam se contulit, sed eius ingressu eum prohibuit Eurifacius cognatus Aiadis filius: cui cum Teucer resistere non posset, mari in Hispaniam venit, nauesque circa locum, vbi nunc Cartagena est, subduxit: inde soluens Frœtumque Hercules transgressus, Hispaniæ oras legit, vsque dum in prouinciam, quæ nunc Galicia dicitur, appulit, in qua cum Græcis qui eum sequebantur, pelem fixit, eamque tunc desertam, nec antea cultam, vitæque ob id incommodam colere cœpit, fundauitque in ea ciuitatem Eltenes, quod sua lingua coloniam Græcorum significabat, ibi Teucer, quamdiu superfuit vitam egit. Gothi postea aliam Galiciæ partem colonis ampliarunt, cumque se Græcis iunxissent, nomina quoque iungentes, se Gallegos prouinciamque Galiciam nominarunt.

Regi Ferdinando Magno, qui primus Castiliæ Rex fuit, tres filij, cum essent, Sanctius, Garcias, Alphonsus, Garciam Galiciæ Regem fecit, indeque Galicia regni titulum adeptus est. Strabo Galecos fortes, seditionibusque deditos scribit: montibus obsita est Galicia, qui multum ligni ædificandis nauibus suppeditant, id quoque in alitis regiones, nauigijs vehunt. Pane, vino, carnibusque prædita est Galicia, piscibus etiam abundat, Salmonibus nempe, Congrijs, eiusque generis, quos Pescadas vulgò vocant, alijsque multis lautis piscibus, qui sale cõditi, magna copia, in alias partes deferuntur. Dubus anni mensibus Nouembri nempe & Decembri, tanta piscium (quos vulgus Besugos vocat) copia in Galicia capitur, vt res notatu digna sit, duarum aut circiter librarum ponderis sunt: recentes adhuc in totam Castiliam venum exportantur, frigus ijs mensibus, quo seruari possint eos astringit, gustui gratã carnem habet. Oceani maris pisces ijs qui in Mediterraneo sunt, præferuntur, in causa est aquarum Oceani algor, frigiditasque, quæ pisces impingat, multiplicatque: quanto pisces magis ad Septentriones pergunt, eo fiunt meliores.



ores. Maxima huius regni incolarum pars, in montibus degit, in quibus commodæ domus mansionesque extructæ sunt. In regno Galiciæ 60 ciuitates oppidaque primaria reperiuntur, quorum hæc sunt vulgaris linguæ nomina.

Allaris.
Aries.
Artedo.
Arzua.
Auiles.
Betanços.
Bibero.
Bigon.
Cania.
Cacuelos.
Combados.
Cayon.
Caldelas.
Castillo de Altamira.
Castro Verde.
Castro de Rey.
Chantada.
Cea.
Charoga.
Corrobedo.
Campostella.

Coruion.
Coruña.
Daroz.
El Padron.
Ferrol.
Guijon.
Laja.
Lemos.
Loa Ca.
Lugo.
Llanes.
Meliuda.
Mellit.
Mondoñedo.
Mon Fort.
Monte Sacro.
Monte Rey.
Muros.
Muxia.
Nauia.
Noya.

Ocariz.
Ogouc.
Orenie.
Otero de Rey.
Pon Ferrada.
Ponte Vedra.
Puerto Martino.
Redondela.
Ranjo.
Ribadauia.
Riba de Sella.
Ribadeo.
Sarria.
Torres.
Tuy.
Vayona.
Villa Franca.
Villa Mayor.
Villa Nueua.
Villa Viciosa.

LVSITANIAE REGNUM, ^D

vulgò REYNO DE PORTVGAL.

LVSITANIA, nomen à Luso, decimotertio Hispaniæ Rege accepit: inter flumina Tagum, Duerium, & Guadianam continetur: regnum Portugalliæ in ea est, quod hoc initium habuisse dicitur. Gentes quædam Lusitanicæ, qui Gali, vernaculè Galos aut Galafes dicebantur, Portum ciuitatem ædificarunt. Cùm eam Castiliæ Rex Mauris eripuisset, Comitatus caput constituit, eiusque domini Comites Portus Gali, vernaculè Condes del Puerto Galo dicti sunt: ij postea Ducis, deinde Regis titulos sumserunt, Castiliæ tamen Regum clientes, seu beneficiarij aliquam diu fuerunt, sed tandem eorum iugo liberati sunt. In duo diuidi regna, iam dudum cepit Portugallia, eaque quæ Atlantico percutitur Oceano plaga, Austroque obuersa est, Algarbiorum regnum nominatur: quæ autem ad Septentriones spectat, Tago, Mundo Durioque fluminibus rigata ad Minium flumen vsque protensa, Portugalliæ nomen tenet. Aliqui Lusitaniam partiuntur in TransAnanam quæ Bethicæ partem habet, ab Ana fluuiio ad regni limites vsque porrectam, & CisAnanam, fluuijs Durio Minioque conclusam. De vetustis Lusitanis hæc tradunt scriptores. Sunt Lusitani Hispanorum fortissimi, scrutatores, insidiosos, veloces, agiles, atque versatiles. Iaculum longè iaciunt, & summa arte. In acie diutiùs perseuerant, mobili corpore, leuique, vt faciliè & fugiam hostem, & insequantur: omnes montium habitatores, victu simplici vtuntur, aquarum potores, humique cubitores, hordeaceo vtuntur potu, nam vini inopia laborant: omnes ferè pullis amicti vestibus & sagis: nummorum loco graui admodum sarcinarum permutatione vtuntur, vel extensæ argenti laminæ frustum exhibent: alios populi mores qui volet ex Strabonis libro tertio petat, vnde hæc desumpta. Lusitania nunc fertilitate præstat, fluminibus amnibusque paruis & magnis irrigitur, ij ferè omnes nauigijs ferendis apti sunt, aurique vmmulos habent: vicina Tago oppida, cætera opum abundantia superant: Ager plerisque locis argillofus est, & ob id fructibus ferendis minus commodus. Coymbriæ territorium, totius Portugalliæ fecundissimum censetur. Apud exteros commendantur Algarbiorum vina. fluuiorum qui hoc regnum irrigant nobilissimus est Tagus, ad ostium latitudinem habens stadiorum 20, teste Strabone: profunditatem verò permagnam, adeò vt naues milia multa vehentes ferat: post Tagum, nobiliores sunt Mundus, nunc Mondega, Vacua vel Vagus, nunc Vigor: Durius: Cauado nunc Morilhoque, quem Nibin antiquorum fuisse suspicari licet: cui ab obliuione, Lethes nomen inditum, alijs Liuina: Belioco, & Ennemijs nuncupatus: Minius omnes Lusitanicæ fluuios magnitudine superat. Montes in Lusitania pauci sunt, ijque haud quaquam magni vt sunt quos incolæ vocant Sierra de Monchiquo: de Chaldecatao de Sordedas: olim dicti Montes Lunæ: Sierras de Alcabe: de Maraon: Trialos mons: Sierra di Coira, sunt hi montes plerumque lucubus nemoribusque confiti. Venæ Metallicæ in Portugalliæ regno, ab Authoribus nullæ traduntur, præter salis fortè quandam speciem. Thermas etiam nullas in ea reperiri scribunt in regno

Portu-

Portugallia ciuitates oppidaque celebriora sunt 66, quæ proprijs nominibus vernaculè hic recensentur.

Abantel.
Abero.
Albor.
Albufera.
Alcaçar dosal.
Almada.
Almerin.
Arroyal.
Atalaya.
Atauguia.
Barcelos.
Boarcos.
Borba.
Braga.
Bregança.
Campo major.
Camina.
Castremoz.
Cascales.
Castromarin.
Chaues.
Cintra.
Coymbra.
Cuciel.
Estremoz.
Euora ciudad.

Euora mont.
Faro.
Erexo.
Frontera.
Geromeña.
Guimares.
Houar.
Lagos.
La Guardia.
Lamarante.
Lamego.
Lisbona.
Matosinos.
Maxaganta.
Mendua.
Mondego.
Monforte.
Montelorio.
Montemor.
Ocrato.
Oretondo.
Osonaba.
Pemla.
Penedon.
Pifonde.
Pinel.

Porto.
Ponte de lima.
Portelin.
Puerto Marino.
Ronches.
Sagres.
Santaren.
Serpa.
Setubar.
Silua.
Silues.
Tabila.
Telbes.
Trancosos.
Torre Vedra.
Valdixa.
Valência de Miño.
Veros.
Viana.
Villa de Conde.
Villa Neua.
Villa Real.
Villa Viciosa.
Visco.
Zezimbra.

ANDALVSIA. ^E

QVAE Andalusia nunc dicitur Suecica Blondus florus Vandaliciam Suecica à gente dicta vult. Aliqui historici eam Beticam à fluuio Betti aut Beto ipsam perlabente nuncupata afferunt. Alij autem non à dicto fluuio nomē accepisse sed Ghaldaice Bebin (quo nomine terra fertilis & delicijs affluens significatur) appellatam volunt. Hec enim prouincia insigni rerum omnium fertilitate luxuriat eoq; nomine vniuersi Orbis prouincias longe superat. Poetae campos Elysios in hac prouincia constituerunt, qua fictione excellentem praem omnibus alijs, terrae ubertatem efferre voluerunt, indicareq; ei nihil deesse quod ad vitam lautè beatèq; transigendam optari possit, cum aliae vel fertilissimae Prouinciae, alicuius tamen rei laborēt plerumq; inopia. Amilcarem Barchinum Carthaginensis militiae Ducem in eam appulsum etiam vilissima utensilia, ut sunt ollae, Canthari &c. argentea reperisse, scribitur. Liber qui vulgo Mirabilia mundi inscribitur, & falso Aristoteli tribuitur id confirmat, inueniens, Phoenices in eam Hispaniae partem, quam Tartesij incolebant (ea nunc Andalusia dicitur) nauibus appulsi, olei quo eorum naues oneratae erant permutatione tantum argenti eiusq; generis diuitiarum acceperunt, ut eo non solum suas onerarent naues, sed & nautica instrumenta, anchoras nempe, cathenasq; ex illo fabricarint, quo maiorem copiam, euahere possent, quod annis centum & 22. ante natum Christum accidit. Eo tempore & multis post annis Hispani, nec auro nec argento signato, vsi sunt. Phoenices eius usum Gadibus indicarunt sed Andalusij eius usum non tam mature receperunt imo vili habuerunt, quoniam ex ijs nihil ad homines boni rediret, ferrum autem chalybemq; ob eorum insignem utilitatem magni faciebant. In Andalusia 104. Ciuitates oppidaq; numerantur quorum Hispanica vulgaria nomina haec sunt.

Aguilar.

Alanis.

Alcaudete.

Alcacar.

Alcala de guadayra.

Alcala del rio.

Alcala de los ganzules.

Alora.

Antequera.

Andujar.

Aracena.

Arahal,

Arcos.

Archidona.


Ayamonte.

Baeca.

Bejer.

Benalcacar.

Bilches.



Bornos.
Brenes.
Cabra.
Cabecas.
Cacorra.
Cadiz.
Cantillana.
Cannete.
Carmona.
Casares.
Castellar.
Castilblanco.
Castro el rio.
Chiclana.
Chipiona.
Conil.
Coronil.
Cordoua.
Constantina.
Ecija.
Espera.
Espeio.
Estepa.
Frexenal.
Fuente de cátos.
Fuentes.
Fuente oueiuna.
Gelues.
Gibraltar.
Cabreraleon.


Guadal canal.
Guelua.
Hardales.
Hinojosa.
Hinojosos.
Iaen.
La Rambla.
Lebrixa.
Lora.
Lucena.
Luque.
Marchena.
Mancanilla.
Martos.
Mayrena.
Medina sidonia.
Moguer.
Molores.
Moron.
Monte mayor.
Montilla.
Niebla.
Ossuna.
Palma.
Pallacios.
Palos.
Paradas.
Pedroso.
Pennaflor.
Porcuna.

Pofadas.
Pliego.
Puerto de san.
eta maria.
Puertoreal.
Quefada.
Rota.
Sant Iuan del
puerto.
Sant Lucar de
barrameda.
Sant Lucar de
alpechin.
Seuilla.
Tarifa.
Teua.
Tosina.
Torre el campo.
Torre don xi-
meno.
Trigueros.
Vbeda.
Vtrera.
Vaena.
Veas.
Villalua.
Villarafa.
Xerez de la fron-
tera.
Ximena.

HISPALENSIS CONVENTVS. ^F

Conuentus Hispalensis, qui hac tabella describitur, Andaluziæ pars est, de qua satis multa in eius descriptione: debuisse & aliqua dici de Fræto Herculis, quod ad eã est, ni chartæ angustia prohibuisset, quæ, ne lector eo frustraretur, huius tabellæ tergo adijci curauimus. Descriptio Fræti desumpta est ex Petri Medinæ libro, quo Hispaniæ res illustres atque memorabiles describuntur. Cùm Frætum Herculis, quod vulgus Estrecho de Gibraltar appellat, inter res notatu dignas nõ solum Hispaniæ, sed totius orbis sit, neque ex mari Mediterraneo in Oceanum, nisi per hoc Frætum, nec econuerso ex Oceano in mare Mediterraneum nauigari possit, eius Fræti descriptio superuacanea censenda non est. Frætum, id est, inter Europam & Africam. In Europa initium habet à monte veteribus, Gibraltar dicto: indè Occidentem versus protenditur ad Promontorium, quod vulgus Cabo de Trifalgar nuncupat. In Africa autè eius principium est ad oppidum Ceutæ, procurritque ad Promontorium, vulgò Cabo de Espartel dictum: ita vt in Occidentali latere, in initio eius Fræti sint Gibraltar & Ceuta, in fine autem ad Occidentalem partem, Promontoria vulgò Cabos di Trifalgar, & Espartel, quæ longitudo est miliarium 11 aut 12. latitudo eius autem 4 vel 5 miliaria non excedit. In Europa ad id Frætum sunt oppida, Gibraltar, Algezira, & Tarifa: in Africa autem, in ipsius Fræti ora Ceuta, Alcacar, & Tauiar oppida. Duo montes Fræto vtrinque superstant, Calpe nimirum in Europa, Abyla autè in Africa, quibus nominibus eos appellat Plinius capite primo libri tertij: Aristoteles autem eos vocat Briareos. Calpe mons est fama celebris, altus, pulcher, totoque ferè anno viridis manet, in longitudine ad quartam miliaris partem, in latitudine verò ad eius octauam protenditur: eius longitudo à Septentrionibus in Meridiem procurrit: ex eius vertice (qui Sella nuncupatur) prospectus ad 60 miliaria secundum Mare, & Barbariæ littora patet: Mons circumquaque mari cingitur, præter quã Isthmo per angustia. Abylæ monti id nomen Carthaginenses indidère, quod excreuisset: Abyla enim ipsorum lingua mons qui creuerit dicitur: nunc Simius mons, à Simiarum copia, vocatur: Inter eos montes mare fluit, & quod alter ab altero paruo interuallo distet Strictum vel Angustia (vulgò autem Estrecho di Gibraltar) id interuallum nuncupatur.

Duo hi



Duo hi montes Columnæ Herculis vulgari nomine dicuntur. Re-
ferunt Chronographi Herculem Olympium, Osyris filium, cum ex
Africa in Europam transfretasset, primum ad Gades (quæ nunc In-
sula est, tunc reliquæ Hispaniæ coniuncta erat) continentem attigisse,
lustratoque Maris littore, his in montibus, duas magnæ altitudi-
nis Columnas posuisse, ab eoque tēpore Historici omnes Columna-
rum Herculis meminerunt. Alij autem eas Columnas non ex Mar-
more fuisse, talesque quales sunt quæ nunc Columnæ dicuntur, sed
magnos lapidum acervos, quos Hercules in Mari coaceruarit, tamque
firmos reddiderit, quam nunc sunt. Illis, qui ex longinquo, vel Mari,
vel terra eos spectant, duæ Columnæ altæ, loco in plano positæ ap-
parent. Fræctum hoc Herculis tantæ est profunditatis, vt eius fundus
pertentari non queat, tum ob eximiam eius altitudinem, tum ob ve-
hementem contrariumque aquarum fluxum. Etsi autem inter Gi-
braltar & Ceutam oppida, Mari tātum 4 miliarium interuallum sit,
attamen si quis ab alterutro, ad aliud, terra seu pedestri itinere perge-
re velit, ei ter mille miliaria peragrandæ essent, quamuis à maris ora
non discederet, si enim à Calpe iter incipere, tota Europæ
longitudo, Asiæ pars, quantumque Africa patet,
illi permeandum esset, in cuius ferè
extrema parte Abyla est.

GRANATÆ REGNVM,

vulgò REYNO DE GRANADA.

GRANATÆ regnum in Bethica est, omniq̄ue ex parte Castellæ regni Prouincijs cingitur: Ad illius Meridionalem plagam excelsi montes sunt, quos vulgus vernaculè Alpujarras appellat: in ijs multa oppida & Alcancarias (sic enim nominantur) Maurorum sunt: hac ratione ea extructa esse perhibentur: Mauri à Christianis acri prælio victi profligatiq̄ue, magno numero in hos montes fugerunt, in ijsq̄ue, quod excelsi essent, præcipitiaq̄ue magna haberent, manserunt, Christianosq̄ue ipsos persequentes lapidibus faxisq̄; repellabant, ascensuq̄ue prohibebant: ijq̄ue videntes se Mauris, ob territorij asperitatem, nocere non posse, eos laceffere desierunt: Itaque Mauri in locis altis, & natura situq̄ue tutis, oppida ædificarunt, cumq̄ue alij Mauri qui mare transmiserant, se his coniunxissent, adhuc alia oppida ædificarunt, quæ regno Cordubæ suberant, cui & Malaca parebat. Anno à nato Seruatore Iesu Christo 1216, interfecto à suis Mauris Abenhuto, qui Vandaliciam & Bethicam obtinebat, alter potēs Saracenus, Mahometus Aremalgat nomine, animosus & strenuus, quāuis humili loco natus, ab aratro & bobus in Granatæ & Giennensi ciuitate regnare cepit. Quum autem Rex Ferdinandus, eius nominis tertius, Hispalim, Cordubam, omnem Vandaliciam, partemq̄; Bethicæ Mauris eripuisset, necessitate compulsi, sedem regni Granatam transtulerunt, fuitq̄ue regnū Granatense vltimum eorum, quæ Mauris in Hispania erepta sunt, diutiusq̄ue omnibus alijs, Christianorum arma exercuit, nempè ad annum à nato Seruatore Iesu Christo 1492 vsque, quo Regibus Catholicis Ferdinando & Elizabethæ Granatensis ciuitas dedita est. In regno Granatensi 96 ciuitates oppidaq̄ue numerantur, quorum nomina vernacula sunt:

Abucelema.

Abditar.

Adra.

Acaguinun.

Alaurin.

Alcala Horra.

Alcala la Real.

Albox.

Alcuria.

Alhogagia.

Alhama.

Almoxia.

Almuñecar.

Almeria.

Adra.

Arabita.

Archite.

Arriate.

Asnalmar.

Baça.


Bacor.

Bracina.

Belez Malaga.

Belez Blanco.

Belez



CAS

TI

SEPTENTRIO

LIA

PARS

REGNI VALENTIA

Ellerena

Belalcazar

Albama

Ventala

Linares

Vbeda

Villanueva

Castel segure

Touara

Lincio

Alicante

Guadalcanal

AN Nugga

CORDVA

Alcalá de Acobro

Bacca

Villa nueva

Laguarda

N Martin de serana

Castarilla

Lorquie

tonuedra

Cazalla

Guadalcazar

Palma

Arauta

Vacarro

Solera

Velezrubio

lorca

Almacaron

CARTAGENA

C. blanco

Lora DA

Aguilar

Cabral

Alcaláreal

GRANADA

Bahul

Portilla

Nerca

Vera

SEVILLA

Palma

El pontondon

Loza

Algaro

Baca

Porcena

Nluxacra

Virera

Larena

LV

Oliuera

Archidona

Albama

Pingena

Cobel

Aladra

Sap Larfar

Virora

Nobrisa

PARS

Antiquera

Cartama

Salabrera

Ncotril

Almeria

Roquete

Adera

S. Lu

Deres de la frotera

Arros

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

Alcala de los gans

Nlondo

Fuégrola

Cartama

Alalava de ucler

Bunio

Beria

Aladra

Aladra

Aladra

MEDITERRANEA MARI

GRANATA REGNI
Reyno de granada

Scala leucarum

MEDIOSES

OCCIDENTES

OCCIDENTES

Belez Ruuio.
Benefique.
Bena Mauria.
Bena Rana.
Bena Hojan.
Benadalid.
Bena Ocaz.
Bentomin.
Bobar.
Caçaraboncla.
Calea.
Canillas de Albayda.
Canillas de Azeituno.
Cambil.
Cartama.
Cardela.
Casares.
Castil Deferro.
Castilegia.
Castril.
Cartama.
Colomera.
Comares.
Coin.

Cuenos.
Cullar.
El Burgo.
Es Meloz.
Fereyra.
Finsana.
Galera.
Graçalema.
Gausin.
Gor.
Granada.
Guadix.
Guesca.
Guenaje.
Hojen.
Lapedia.
Loxa.
Lucar.
Malaga.
Marbella.
Merxicar.
Moclin.
Monda.
Montejaque.

Nixar.
Nereja.
Obrique.
Otia.
Orce.
Piñar.
Purchena.
Quixar.
Ronda.
Santa Fe.
Sergi.
Setenil.
Solobreña.
Suyar.
Tabernas.
Tolox.
Torrox.
Vxuua.
Vnquerra.
Villa Luenga.
Xantayra.
Xerez.
Yllora.
Zara.

VALENTIÆ REGNUM. H

HISEN Rege Cordubæ mortuo ei filius Alca nomine sub an-
 num Christi 788 successit, cuius patruus Aodala Valentiaë do-
 minus ex Tauiar ad se voauit alium suum fratrem, cui nomen Cule-
 ma exhæredatusque erat. Hi duo fratres magnis cum copijs, quas
 adunarant profecti Cordubam, nepotem regno expellere nixi sunt,
 prelio autem victi, Aodala fuga sibi consuluit Valentiamque reuer-
 sus est. Maurorum autem præcipui sese inter patruos nepotemque
 interponentes, eo rem deduxerunt vt inter ipsos conuentum sit,
 Aodala se Valentiaë Regem inscriberet: Culemaë autem quolibet
 mense, ex redditibus Valentiaë, mille Moradini (pecuniaë Maurita-
 nicæ genus erat) instruendæ mensæ, & adhuc quinque Moradinorum
 millia ad res necessarias parandum deciderentur. Quibus pactis cum
 Aodala assensisset, primus se Valentiæ Regem compellauit. In regno
 multæ memoratu dignæ res sunt: circa Buriolam quod decem mili-
 aribus Valentia distat, itinere quod Tortosam, in valle viæ itineri
 contigua, detecta est vena argenti, quæ tamen ob fossorum penuri-
 am non foditur. Aoderi mons est, cuius lapides aureis lineis striati
 conspiciuntur. Ad Fenestratum venæ optimi ferri sunt: eiusdemque
 generis alię circa Iabeam in monte qui Ferrarius olim, nunc Segarra
 dictus, reperiuntur. Ad Segornem vestigia fodinarum marmorum,
 qui olim Romam vehebantur, extant, eorum mentionem facit An-
 tonius Nebrissensis in Prologo vocabularij. Picareti per pulchra
 Alabastra visuntur. Hoc in regno præterea magna Aluminis, Ru-
 biæ, calcis, & gypsi candidissimi copia reperitur: magnusque vaso-
 rum luteorum numerus elaboratur Paternæ, Manifez, Quarræ,
 Villalongæ, Alaquasi, alijsque locis, quæ vasa cum Corebi, (qui, vt scri-
 bit Plinius, Athenis artem ea conficiendi inuenit) de præstantia con-
 tendunt: nec vasa Corinthiaca, aut quę Pisis Pisaurique parantur, &
 propter industriam, artem pulchritudinemque celebrantur, illa su-
 perant. Flumen Turia hoc regnum perlabitur. Mauri (qui agrum
 huius vrbs incolunt, Auorumque profapiam, lingua Arabica, &
 religione Mahumetana palam, & vulgò profitentur in hunc vsque
 diem, conuiuentibus Rege & Inquisitione) eum Guetalabar vocât,
 quod aquam planam albamque ipforum lingua significat. Magnas
 hic fluuius commoditates, locis per quæ fluit adfert: non magnæ est
 profunditatis, nec eius ripæ multum attolluntur, sed terræ ferè æqua-
 lis fluit:

lis fluit: omnes alios huius regni fluuios pulchritudine excellit, quod eius planicies ripeque rosas floribusque abundant, visuque ideo per iucundus est: à loco vnde originem ducit ad mare vsque, multas vitices, platanos, pinos, aliasque virentes arbores passim ostendit. Oritur Turia decem supra Teruelum oppidum miliaribus, qua parte Villar del Cabo oppidum extat. Inter alios regni huius montes, duo herbis arboribusque exoticis clarent, quoniam à multis exteris (herbas colligendi causa etiam è longinquo confluentibus) inuisuntur: Vnus montium (vulgo Rupes gulosa) Villæ-formosæ oppido adiacet, alteri monti nomen est Mariola ad Corentaynam: à Mario Romano hic nomen habet, qui Marius tanti fecit, se montem inuenisse, quantigentem debellasse. Multum Byssi hoc in regno paratur, indeque in varia longinquaque loca deferri solet. Tanta cæli temperie & zephyri lenitate regnum Valentiaë gaudet, vt quocunq; tempore etiam Natiuitatis Iesu Christi festo, & Ianuario florum manipulos incolæ manibus gestent, sicut alijs in locis Aprili & Maio fieri videmus. In regno Valentiaë prouinciaque Cartagena sunt 60 ciuitates oppidaque præcipua, quæ vulgarilingua nominantur:

Adra.
Ademuz.
Albalat.
Alcocer.
Alcoy.
Algezira.
Alicante.
Almenara.
Almodouar.
Alpona.
Alpuente.
Alpe.
Benicarlo.
Bondra.
Brat.
Buñol.
Carauaca.
Calpe.
Cardona.
Cartagena.
Castel.
Castellon.
Cilla.
Concentayna.

Compilon.
Contiente.
Cullera.
Denia.
El Chit.
Estrada.
Fabit.
Gandia.
Gomelin.
Guardamar.
Landete.
Lerida.
Liria.
Lorca.
Lucena.
Lucence.
Luchen.
Monuedro.
Morella.
Murcia.
Oliua.
Origuela.
Oropela.
Paternoe.

Penanguilla.
Penucosa.
Ribagorça.
Rayllon.
Requena.
Sant Matheo.
Segorue.
Teruel.
Torrente.
Torrestorres.
Turiet.
Vtiel.
Valencia.
Venisa.
Vera.
Villajoyosa.
Villena.
Villora.
Villa Real.
Xatiua.
Xaxona.
Xerica.

ARAGONIÆ REGNUM,

vulgò REYNO DE ARRAGON.

OROSIVS scribit Ninum Beli filium, Nimridi nepotem, primum fuisse, qui bella fecit, præliaque commisit: Eius tyrannidem euadere volentes, patriam relinquebant, & alias terras sibi quærebant: Horum multi in Hispanias profecti sunt, quod eas, suis quas relinquebant provincijs, meliores scirent: ij partim Celtae & Hiberi erant, alij autem cum Tubalo in eas venerant. De Hiberis in Pompeij vita, Plutarchus commemorat, eos montem Taurum incoluisse, fuisseque gentem religione per insignem: quod & Procopius libro primo belli Persici tradit. Hi cum in Hispanias venissent, pressi egestate (quæ artium est magistra) cursum Iberi fluvij meliorem vtilioremque reddidere, & ut terra per quam labitur, plus fructuum redderet effecerunt: inde Prouincia Celtiberia, populi autem Celtiberi dicti sunt, attestantibus Silio Italico & Lucano. Berofus asserit veteres suo nomine terras quas possederunt, aut quæ transgressi sunt loca, appellasse, ut sciri posset quis eas incoluisset, aut portum ibi cepisset: Idem Lactantius & alij veteres scriptores tradunt. Cum Hercules Thebanus in Hispanias venisset, eo loci quo Iacæ ciuitatis fundamenta postea iacta sunt, ludos instituit, qui Agonales dicebantur, quod nomen ijs inditum à laboribus, quos in ijs subibant viri, ut sui roboris periculum facerent. Locus, quo ij alludi edebantur, Agones nuncupatus fuit, nomenque Aragonum duobus qui circum locum erant fluvij inditum, ijque suum nomen Aragoniæ regno communicarunt. A nato Iesu Christo Seruatore annis 730, Christiani numero ferè 600, qui in Pyreneos montes se contulerant, patriam à Mauris occupatam liberandi desiderio incensi, sibi in ducem præfecerant virum strenuū Garciam Ymiguem à Gothis originem ducentem, qui animo præstans & prælijs exercitatus erat. Hic Mauros vicinis Pyrenæo terris depulit, breuique multa ijs loca abstulit: cum huius viri fama ad alios Christi fideles (qui dispersi vagabantur peruenisset) ei auxilio venerunt. Cui belli duci pro insignibus arbor fuit, super quam crux in campo aureo. Hoc in Aragoniæ regno, ciuitates locaque primæ notæ sunt 67, quæ vulgari Hispanorum lingua sic appellantur:

Alagon.
Albarrazin.
Alcaniz.
Alacon.
Almudeuar.
Almuna.
Alqueçar.
Ayerue.
Ajusa.
Areca.
Barbastro.
Bolea.
Borja.
Bouierça.
Burjalaroz.
Calarayud.
Canfranque.

Carinena.
Castiliscar.
Caspè.
Cataroja.
çaragoça.
Ceruera.
Cetina.
Dalagon.
Daroca.
Epila.
Exaea.
Fraga.
Fresno.
Girona.
Glada.
Huesca.
Hariza.

Iaca.
Lagalera.
Lerida.
Loarte.
Longares.
Magallon.
Mirabel.
Monçon.
Monreal.
Mosqueruela.
Morada.
Neguella.
Pina.
Pobelte.
Rigla.
Sidaba.
San Esteuan.

Sarinena.
Segorue.
Segura.
Sos.
Tamarid.
Taraçona.
Tarragona.
Teruel.
Terrer.
Tortosa.
Trayguera.
Valiuana.
Vinel.
Xarque.
Xerica.
Yxar.

CATHALONIÆ PRINCIPATVS,

vulgò PRINCIPADO DE CATALVNA.

QVO tempore Mauri (anno nimirum 734 à nato Iesu Christo Seruatore) maiorem Hispaniæ partem occupassent, Octogerus (Golantes ab Arce eiusdem nominis, in qua frequenter degebat) appellatus, Prouinciæ Guianzæ Præfectus, eo nouem Equitibus Alemannos paucisque alijs comitatus profectus est. Itaque per Pyrenæos montes hoc iter faciens in ijs multos Hispanos inuenit, qui se in eos cum vxoribus & liberis, propter Mauros receperant, hos sibi adiunxit, & ab ijs in belli ducem electus, Mauros animose impetijt, Deoque confusus tam fortiter in bello se gessit, vt breui Mauros magna Prouinciæ Tarraconensis parte expulerit: cumq; in obsidione Ampuriarum vitam cum morte cõmutasset, ei Napifer Moncada (vnus quos diximus nouem equitum) suffectus fuit. Sub id tempus Carolus, cognomento Magnus, copioso cum exercitu Ruscinonem venerat, Narbonæ ciuitati (quam Mauri oppugnabant) auxilium laturus illosque Octogeri equites comiter excepit, honoreque non mediocri affecit, nouem quoque in Cathalonia (sic enim ab Octogero Cathalo dici ceperat Tarraconensis Prouincia) nouem cathedrales Ecclesias erexit Tarraconæ nimirum, Barcinonæ, Viquæ, Gironæ, Vrgelli, Tortosæ, Ennæ, Leridæ, Maioricæ. Nouem quoque Comites (qui Potestates dicti sunt) Carolus ea in Prouinciâ instituit, totidem insuper Vicecomites, & adhuc alios nouem viros, qui vulgò Valuaßores appellantur: Comitatus hi sunt. Barcinonæ Cerdennæ Pallaresi, Vrgeli, Vfunæ Ruscinonæ, Ampuriæ Bisulduni, Tarraconæ. Mortuo Carolo Magno, Ludouicus eius filius, Comitatus à patre institutos confirmauit, sibi Barcinonensem Comitatum retinuit, quem caterorum Comitatum caput esse voluit, ei que suo nomine præfecit Ioffreum, iussitq; vti insignibus Octogeri, nempe 4 Scipionibus in campo aureo: Ei filius eiusdem nominis successit, duxitque in vxorem Flandriæ Comitissæ filiam, in quem Franciæ Rex omne suum ius Comitatus Barcinonensis transtulit. In Cathalonia 56 ciuitates oppidaque præcipua sunt, quæ Hispanica lingua sic appellantur:


Agueda.	Corial.	Molin de Rey.	San Fillen.
Arbucid.	Elna.	Mocada.	San Petro Deor.
Aldiconæ.	Efiges.	Morella.	Tarraga.
Barcelona.	Figueras.	Moxentæ.	Tarragona.
Blanes.	Funes.	Palas.	Talara.
Cabelles.	Granol.	Palamos.	Tuyc.
Calaf.	Granulles.	Palafugel.	Valaguer.
Campedro.	Girona.	Prates.	Valtierra.
Cardona.	Las Empurias.	Perpinan.	Vesalu.
Castil Das.	Lerida.	Poblin.	Veria.
Cerda.	Lisbal.	Puig.	Villafrancæ.
Cerial.	Martorel.	Redonæ.	Vique.
Cerberæ.	Marzilla.	Rosas.	Vrgel.
Colibræ.	Miralcampo.	Salsas.	Y Gualada.

K

GVIPVZCOA vulgò GVIPVZCVA.

DOminia Biscaiæ & Guipuzcoæ montibus obsita sunt, nec multum panis aut vini habent. Aliquibus in locis panem è Milio quem horona vocant, pinsunt eduntque: Succum ex pomis expressum, quem Sidram nominant, vini loco bibunt, maxima tamen regionis pars, vino, paneque aliunde terra marique illato utitur. Multam materiam nauibus fabricandis aptam montes suppeditant, earumque cuiuscumque generis, plus in hac regione paratur, quam in alia Hispaniæ parte. Harum prouinciarum gentes veloces bellicosæque sunt, cæterisque nationibus nauigandi arte præferendæ creduntur. Ferri, chalybisque venæ in ijs regionibus sunt, tantumque eius materiæ hic effoditur, vt multis regnis sufficiat. Modus ferrum effodiendi, conficiendique talis est: in his Prouincijs multi colliculi (cerros) aliaque loca sunt, vbi terra sua natura ferream qualitatem tenet, quam curribus in ferrarias officinas vehunt, in quibus carbonum ignisque vi excoquitur, deinde subigitur, & in pastam redigitur, quæ in frustra discinditur, distenditurque in longurios seu virgas: eodem modo chalybs paratur, sed terra vnde conficitur subtilior est, vtriusque metalli multæ fodinæ his in regionibus sunt. Mallei quibus pasta in longurios seu virgas extenditur, non manibus lacertisve hominum agitantur (non enim sufficerent) sed aqua impelluntur, tantoque impetu feruntur, vt ex pasta ferri vel chalybis quidquid libuerit, conficiant. In Biscaiæ & Guipuzcoa 300 ferri cudendi officinæ sunt, in quarum vnaquaque, quotannis ad minimum mille pondo (quæ Quintales vulgus nominat, ferri & chalybis elaborantur. Horum ter centum millium pondo, tertia pars paulòve minus, ad instruendas naues nauigiaque comparatur, alia tertia pars, in omnis generis arma tormentaque bellica, claues, & instrumenta ferrea, quæ ad exteros venum exportantur, reliqua tertia pars in longurios disposita foras euehitur. Cacus fama est ferri venas detexisse, & ex ipso thoraces brachialia galeasque fecisse, primumque in Hispania cultros ensesque cudisse, quos aqua iniectos indurauit, hanc ob causam Poetæ Cacus Vulcani filium cecinerunt, eumque Ethnici pro fabrorum deo coluerunt. Chalybs fluuius hic in regionibus oritur, cuius aquæ indurando ferro celebres sunt. Itaque arma nulla proba putabantur, nisi illius fluuij aqua temperata essent. Scribit Iustinus, harum regionum populos, Chalybes dictos fuisse. Veteres fer-

rum ex



rum ex quō arma fabricāre volebant, terrā obrutum aliquamdiu re-
 linquebant, donec deterior pars consumpta foret: ex fortiore defe-
 cataque præstantes enses aliaque bello apta instrumenta cudebant.
 Porro hoc iure utitur Biscaia, ut quem in dominum recipit, ille in-
 tra annum Prouinciam inuisat, solitumque iuramentum Prouinci-
 alibus præstat, sin minus ut nulli eius redditus ipsum sequantur. In
 Asturijs Biscaia & Guipuzcoa 64 ciuitates sunt, nempe:

Alaba.
 Algoyuar.
 Arnay.
 Arratia.
 Aybar.
 Azgotia.
 Azpetia.
 Balmaseda.
 Bermeo.
 Bilbao.
 çarauz.
 Castro de Ordiales.
 Cestona.
 çumaria.
 Deba.
 Durango.
 Ergoyuar.
 Fuenterauia.
 Garnica.
 Guetaria.
 Guecos.
 Heyuar.

Horosco.
 Landa.
 Laredo.
 Liquecio.
 Lodio.
 Lu Yando.
 Llanes.
 Mongiria.
 Motrico.
 Ochandiano.
 Onate.
 Ondarça.
 Ondarroa.
 Orduna.
 Orio.
 Oquiedo.
 Passaje.
 Plasencia.
 Pravia.
 Pena Mellerá.
 Portugaleta.
 Regoriaga.

Regoytia.
 Renteria.
 Ricalde.
 Riba de Sella.
 Roa.
 Saldiuar.
 Salsedou.
 Sant Sebastian.
 Santander.
 Santillana.
 Sant Vicente.
 Tolosa.
 Villa Bona.
 Villa Franca.
 Villa Viciosa.
 Villa Real.
 Vergara.
 Villon.
 Vitoria.
 Yciar.

FRANCIA, VVLGO

FRANCÆ.


1



GALLIÆ nomine quidquid terrarum ab Alpibus ad mare, & à Rheno, ad montes Pyreneos vsque est, comprehenditur, hi enim Gallia antiqui sunt limites: Gallia verò quæ ultra Alpes est, longo post tempore nomen TransAlpinæ, quæ autem nunc Francia dicitur. CisAlpinæ Gallia accepit, huius Gallia CisAlpinæ primos fundatores Gomerum & eius filios fuisse, veteres omnes testantur, & à prima fundatione Gallos indigenas, nec possessione vnquam eiectos esse consentiunt: Romani quidem Gallos bello aggressi sunt, eosque eorum proprijs vicerunt atque domuerunt viribus (quod alias efficere minime potuissent) non tamen eos sedibus expulerunt. A Gomero itaque fundatore Galli diu Gomoriti dicti fuere. Berofus autem Gomerum Galium cognominat, dicitque eos qui tunc Gomeriti dicebantur, ab eius cognomine Gallos dici cepisse. Galli postea Celte nuncupati fuerunt, à ipso Rege, qui ad primè charus ipsis erat, Galatæ quoque dicti fuerunt à Galatæ, eius Regis matre: his enim nominibus Græci Gallos appellant. Alij dicunt Herculem in Europam venisse, vt Geryonem & Taurisquum Tyrannos puniret, quorum primus Hispanias, alter vero Gallias maxima Tyrannide premebat, vbi verò eos occidisset, se ocio voluptati que deditisse, illustrioresque Gallia feminas compressisse, ex quibus multi nati sunt liberi, qui Prouincijs quas possiderunt nomina indiderint. Alij verò Gallos Dite seu Plutone, qui & Samotheus dictus est, (fuitque filiorum Nohe sapientissimus) progenitos contendunt (eum filijs illius Patriarchæ natum esse intelligendum videtur) Gomerus itaque primus literas in Gallias intulit & ex eius schola prodire Bardi, Poëtæ inter Gallos antiquissimi, adeo vt Gallia ipsas literas, cum hominibus qui eam primi incolere receperit. Gallos autem peculiare idioma habuisse, quod nihil cum Germanorum comune habuerit, Cæsar aperte testatur, libro primo belli Gallici vbi Ariouistum lingua gallica, multa iam longinqua consuetudine vsum fuisse scribit. Hæc de Gallorum origine & nomine, nunc quo modo Gallia quondam diuisa, & quæ eius Prouinciæ fuerint videndum est. Prima vetustissimaque Gallia diuisio ea est, quæ generatim id omne comprehendit, quod vnquam in omnibus Prouincijs, Gallia nomine complexum fuit, ita vt cum Segouesus & Bellouesus cum Insubribus, Boys, Senonensibus & Cenomanis Italia parte partiti essent, magnitudinemque regni Thuscorum excidissent, bello capta Italia pars, Italia Gallia CisAlpina dicta fuerit, & quæ nunc Francia dicitur TransAlpina, Franci autem e contrario, Franciam quam inhabitant CisAlpinam, quæ autem trans Alpes est, TransAlpinam Galliam dicunt. Secunda diuisio Gallia ea est, quam ipsi Galli in ipsa Gallia CisAlpina fecerunt cum adhuc nulla haberetur ratio diuisionis in Galliam Belgicam, Celticam & Aquitanicam, sed tota Gallia à Rheno ad Oceanum vsque in duas factiones abiisset, quarum alterius Principatum Aedui, alterius Aruerni tenebant. Tertia omnis Gallia diuisionis mentionem facit Cæsar his verbis, Gallia est omnis diuisa in partes tres, quarum vnâ incolunt Belgæ, aliam Aquitani, tertiam qui ipsorum lingua Celte nostra Galli appellantur: Narbonensis Gallia nullam facit mentionem, quod ea pro Prouincia Romana, & Galli Narbonenses pro ciuibus Romanis haberentur. Gallia Belgica nomen accepit à Rege qui illi Gallia parti præfuit 200. an. antequam Rex Priamus Troia gubernacula habuit (si tamen hic Princeps Phrygiae dominatus est) alij Belgicæ nomen inditum volunt à ciuitate, quæ Belgum dicta fuit quod verisimile est, cum idem alijs Prouincijs acciderit. Belgica ad Orientem Rheno, ad Occidentem Oceano, quem & à Septentrione habet, à Meridie fluuio Sequana terminatur: suo circuitu Belgica multas Prouincias continet (si eius antiqua dimensio spectetur) nempe territorium Lutetia, & id quod nunc Insula Francia vulgo *isle de France* dicitur, Picardiam, Campaniam, Barriam & Luxemburgicum Ducatus. Sequanos, vbi nunc liber Burgundia Comitatus est, Flandriam, Brabantiam, Hollandiam & regiones adiacentes, Lotharingiam & quidquid terrarum nunc nomine Germanico comprehenditur cis Rhenum, & quidquid quondam vetusti Austrasie, regni fuit. Gallia Celtica nomen sortita est à cognomine Gallorum Rege
vnde

7
4

FRANCOGRAPHIA



vnde Græci Celtas Gallos appellauere, Celtica Sequana, quæ ei ad Orientem est, Oceano qui ad Occidentem & Garumna fluuius, qui ei ad Meridiem est, ac rursus Oceano, qui ei ad Septemtriones est limitatur: hæc Celtica multas Prouincias in se concludit, sequæ Aquitaniam insinuat: quondam eam Galliam quæ Narbonensis dicitur complectebatur. Eam quæ Aquitania dicitur quod attinet, quamuis nullus probatus Author eius nominis certam rationem edat: omnes antiquiores Galli existimant, ita dictam ab aquarum quæ in ea sunt frequentia: alij à Vasconia ciuitate Aquis ei hoc nomen inditum volunt, sed quidquid sit Aquitaniam nomen aliquid aquosum referre videtur, si originem latinam habet, sin autem minus ubi eius origo explicari possit ignoratur, certum tamen est Aquitanos antequam ad eos Romani venissent latinæ linguæ imperitos, nec ea usus fuisse, nec ex ea sibi latinum nomen adscire impone reque potuisse, quare consequitur Aquitaniam nomen, non aliunde quam ab aquis deriuari non enim suspicari debemus, nostros maiores adeo incuriosos fuisse negligentesque, ut nominibus caruerint, ea enim à Romanos corrupta legimus, eo prætextu ut linguam Gallicam (quæ ipsis agreste aliquid sonare videretur) emollirent: hæc Aquitania late protenditur & à Ligeri fluuius ad Pyreneos montes vsque protenditur. Gallia per Cæsarem subiugata Augustus Imp. regiones quæ Aquitaniam ad Orientalem partem vicinæ sunt, nempe Languedociam, Prouinciam, & Lugdunensem agrum, in duas partes partitus est, vnam Narbonensem, aliam Lugdunensem Galliam dici voluit, adeo ut hæc duæ, tribus primis a numeratæ omnis Gallia in quinque partes partita fuerit. Nunc de emigratione Francorum ex suis sedibus in Gallias qui fuerit & vnde oriundi videndum. Procopius qui eo fere tempore vixit, quo Fræci in Gallijs sedes fixerunt, eos pueros Germanos facit eosque suis sedibus excelsisse, sedes in Gallia fixisse, titulumque Francorum gestasse, tanquam planè liberos omnique alterius imperio solutos & omnium afflictorum asylum scribit: hinc euenisse videtur, ut Galliarum Reges se veteribus titulis, non Franciarum, sed Francorum Reges inscripserint, qua inscriptione significare voluerunt alios quidem Reges & Imperatores, dominium in terras, Prouincias, regna & Imperia habere sed se Reges esse hominum, qui planè liberi & sui iuris essent: obijci tamen posset Reges Francorum hunc titulum sumxisse, cum nullæ adhuc terræ aut Prouinciæ, ipsis parerent, nec regna cuius se Principes aut Reges scribere potuissent, quæ cum postea sibi parassent, tamen Regis virorum titulus tanquam honorabilior ipsos remanserit. Ptolemæus Francos locat inter Sauum & Danubium flumina, quæ in Hungaria fluunt, inde eos omnes prodij se fatentur, cum in Franconiam aut Franciam orientalem migrarunt. Circiter annum Christi 263. Aureliano clauum Imperij Romani tenente, quod tunc externorum excursionibus ruinam minabatur, Fræci Romanis innotescere cepere, nam suis finibus egressi (fortassis quod domi suorum multitudine coarctarentur ipsorumque territorium nimis esset angustum, aut quod desiderium Galliarum quas Germanos diu ante concupiuisse norant ipsos incitaret) Gallias inuaserunt sed ab Aureliano qui sextæ legioni Maguntia præerat repulsi pulsi que fuere, nam eorum 300. cepit, 700. occidit, residuos sub hasta venundedit: nihilominus ea clade Fræci animos non demiserunt, quo minus institutam expeditionem in Galliam facerent, Tacito enim Imperij habenas tenente Rhenum transgressi ciuitates præpotentes, diuites illustresque cepere: Diocletiano vero Imperatore ipsis vires creuerant, eorumque arma ubique nota erant, Pyriticamque cum Saxonibus vicinis exercebant ad Oceanum enim vsque suos limites tunc Fræci produxerant extenderantque, sed cum Constantinus magnus se ad expeditionem Britannicam accingeret, necessaria ad eam parans batavia (quæ nunc Hollandia) multos Francorum Regulos aliosque populos qui eam occuparant expulit: nec ea victoria contentus, illos Romanis legibus subiecit, armaque abstulit, ut ijs exuti naturæ ferociam exuerent: post hanc cladem Fræci aliquamdiu pacem coluere dictoque audientes fuere Imperatori Constantino, ei que in bello contra Licinium Tyrannum, & eius fautores auxilium tulerunt, tanquam familiares ei fuere, ut ex ipsis sui corporis custodes sibi delegerit: Fræci autem quietis impatientes pacem ruperunt, quibus se Constantinus obiecit, vicit, præcipiti que ira succensus Principes ductoresque Francorum occidi iussit. Post obitum Iuliani apostatæ, qui incurfiones Francorum fregerat, nemo eos quo minus inuisiones maiore quam vnquam antea licentia facerent, inhibere potuit, nec prohibere ne in Gallias intrarent: Romani quoque Imperatores se vndique peti videntes necessariumque esse perspicientes, ut Barbarorum (ut ipsi eos vocabant) alios sibi conciliarét, quos cum alij committerent, ut se inuicem iugularent Gothos & Francos in suas

partes

1. Pharamundus

partes pertraxerunt, eosque Hunnis & Attila (qui se flagellum Dei vocabat) obiecerunt. Francis itaque secundum Rhenum in Phrygia & Hollandia sedes figere concessum fuit, quibus in locis per longum tempus se continuerunt, ad Imperium Arcadij & Honorij vsque quo sedibus a Burgundionibus eieci, Rhenum transmisere, dominiumque sibi pararunt. Augustus Treuironum, Mediomatricum, Thullenfis & Verdunensis ciuitatum, vnde & ipsos Vandalis exturbare tentarunt, quod cum non successisset in Hispanias transierunt. Nec tamen Franci libere Prouincijs quas occuparant frui potuerunt, cum nouis enim hostibus eis semper decertandum fuit: Pharamundum aliqui primum Francorum Regem dicunt, sed nec ipse, nec Clodoueus crinitus sedes in Gallia fixerunt, nec ei Pharamundus vnquam praefuit, nec alter in ea vestigium fixit, sed Regis Francorum titulus Meroueo merito debetur, hic enim regnum Francorum in Gallijs auspiciatus est, in ijs sedem fixit, suis vires addidit, Romanorumque (qui Gallias subiugarant) fregit, eaque de causa primae familiae Francicae Reges Merouingij non autem Pharamundij dicti sunt. dicendum restat quomodo Gallia diuisa fuerit, postquam a Francis subiugata fuit, quae quinta Gallia diuisio dici posset. Cum Reges Merouingij, Gallia Belgica & parte Celticae potiti essent, mirum in modum diuisa fuit Gallia, Romani enim vnam eius partem, aliam Gothi, reliquam Franci tenebant Romanorum tamen & Gallorum indigenarum condicio inferior erat, ab aliarum enim Gothorum nempe & Francorum arbitrio ipsorum res dependebant. Quod autem Galli tunc adhuc aliquibus, in locis dominarentur, docent domini Andegauenses, Reges Britanniae minoris, Duces Guenae & nobilium familiarum infinitus numerus, quarum aliqua se tam antiquas probant, eo que se tempore extitisse docent, quo Franci Gallias ingressi sunt. Ad Romanos quod spectat cum Childericus Merouei filius Clodionis nepos, Regio nomine exutus fuit, ipsius libidinis causa, Franci nulli digniori, Principatum tradere se posse rati sunt, quam Aegidio Romano (qui vulgo Gillon aut Gilles dicitur) quem auctoritate potentiaque praestantem fuisse inde consequitur, quod in Regem eius talisque populi electus sit. Gallia sub hoc tempus hoc modo diuisa erat, maxima Lugdunensis Galliae pars Romanis: Narbonensis autem & omnis Aquitania Gothis parebant, Merouingij operam magna contentione nauabant ut sibi quererent quidquid est a Rheno ad Ligerim vsque, cum paulo ante Lutetiam Parisiorum urbem cepissent, cui is honos obtigit, ut is pro Francorum Rege habitus sit, qui ea potiretur, quam obrem videre est eam urbem suo quodam fato in Regni Metropolim destinatum esse: Gallorum interim dignitati nihil decessit, sed duo populi in vnum coaluere, & res tam prospere successit, ut quamuis Reges ex stirpe Merouei essent, attamen maior pars prima regni munera gerentium, iisque quorum arbitrio res publice administrabantur, Galli essent: Episcopi quoque regni Francici, ex Francis eligebantur, eorumque manibus omnia regni negotia pertrectabantur. cum Attila Gallias inuasit nondum Franci multum in ea possidebant, sed eius maiorem partem sibi pararunt, contra illum auxilium Romanis ferendo: vbi vero magnus Rex Clodoueus Germanos deuicisset, suum splendorem Gallia recepit: Alaricum enim Visigothum & Apollinaris Aruerniae Praesidem vicit, itaque Aquitaniae dominium sibi quaesuit, & per filium nothum sub iugum Aruernos, & Rhodienses redegit. Cum vero in Vasconiam arma protulisset, egregie vapulauit a Visigothis qui eum repulerunt, tanquam ea occupare conantem, quae nihil ab eum pertinerent: Gallia itaque fere tota in Monarchiae formam redacta fuit, cum enim Clodoueus Gothos superasset, domuisset Aquitanos, Tholosam sibi tributariam fecit, & Burgundionum Regem iuramento sibi fidem praestare coegit, quod vulgus Homagium praestare vocat. Sexta Galliae diuisio facta videri potest post Regis Clodouei mortem Gallia enim nouam faciem tunc induit, nouam enim inuersamque partitionem sortita est, vnius enim Regis loco multi Reges exurexere, sed is Francorum Rex appellabatur, qui Lutetiae Parisiorum ad clauum sedebat, vnde contigit ut Franciae insula pro vero antiquoque Regum Domatio (ut vocant) habita sit: sed & in hoc regnantibus ex gente Pipini Regibus erratum fuit, tunc enim eorum Regum donatione Comitatus Parisiorum in eorum manus peruenit, qui postea Regni coronam vsurparunt. Post Clodouei ergo mortem haec diuisio facta est, eius filius Childebertus, Lutetiam Parisiorum cum hereditario Regis Franciae titulo obtinuit, alteri Theodorico siue dietricho (qui nothus erat) regnum Mediomatricum & Austrasiae cessit: Tertio filio Clodomiro regnum Aurelianense obuenerit, Clotarius natus minor, Regnum Sueuisionum affecutus est, qui cum fratribus morte absumptis superstes esset Monarchiam vniuersalem Galliarum, pulsus Aquitania Gothis, captoque id omni quod in id vsque

vsq; tempus Gothi possederant obtinuit, ita, vt omnes Galli Franciq; vnum eundemque Regē agnoscerent Clotarium: Gallia enim partē illam, quā Prouincia Narbonensis dicta fuit Viriges Gothorum Rex Francis dederat, idque Imperatoris Iustiniani consensu, qui factum Gothorum Francis petentibus, Imperatoris literis confirmavit: itaque in Gallia erecta fuere regna, Parisiorum, Mediomatricum, Aurelianense, Sueffonum, Burgundia & Aquitania, quae septima diuisio Galliae dici posset, quibus regnis est stirpe Merouei Reges, vsque ad Childericum tertium praefuere, quem Childericum Pipinus consensu Stephani Pontificis Romani, deponi, detondi & in monasterium relegari curauit, exemplo publice salutari, ne Reges imbelli ocio victi, pro virtute ignauiam colerent, semper enim illustribus familijs ocium & ignauia exitio fuere. Pipinus autem tanta prudentia Patriciorum animos sibi deuinxerat, plebisque studia sibi conciliarat, vt nemo esset, quin illi regium honorem exhiberet. Post Pipini mortem octaua Galliae diuisio facta esse videtur, regnum enim Francorum in duas partes distinctum fuit, duo enim ex eo filij superstites erant, nimirum Carolus & Carolomannus, quorum vni Galliae pars cecidit nempe Belgium & quidquid terrarū ultra Rhenum erat, alteri vero quod superfuit cum Aquitania: sedes quoque Regiae mutatae fuere, vna, Lauduni, altera in Sueffonibus collocata, sed Carolomanno intra biennium post partitionem cum fratre factam mortuo, Carolus magnus Galliarum Rex, & etiam postea Romanorum Imperator fuit, sicut & post eum Ludouicus filius cognomento pius, quem ex Aquitaniae Rege Carolus pater in Procerum conuentu sibi Imperij consortem Augustum Caearemque designauit, adactis in eius verba iure iurando Proceribus, anno salutis humanae 813. post eius mortem eius filij hereditatem paternam inter se partiti sunt, sed ea non solum Gallias, verum Germaniam & Italiam complectebatur. Minime vero pretereundum est regnantibus Carolouingijs eam regnorum multitudinem in Gallia non fuisse, vt regnantibus Merouingijs fuerant, attamen sub Carlouingijs, Austrasiae regnum a Franciae regno diuisum fuit, cum Prouincijs quae Rheno viciniae sunt, quae ab eo tempore Germaniae attributae fuerunt. ab eo tempore in Francia initium habuit Comitatum hereditariorum infinitus numerus, nempe Aruerniae, Flandriae, Cenomanorum, Augustodunensium, Parisiorum aliorumque, quin etiam Ducatus Andegauenſis & regnum Prouinciae quod Bosonidatum fuit. Postea in Gallia ita confusa fuere omnia vt quot loca extarent, tot eorundem domini fuerint, qua ex re nata est mira confusio & status regni Fracici mutatio, quae sub Hugone capeto contingit, tunc enim initium habuere, tot Ducatus Comitatus, Baronatus, qui antea Praefecturae Iudicaturae & Bailliuatus fuerant, cum enim dissensiones inter Regulos (qui Regibus fere aequales ipsaque formidabiles erant) exortaessent, tantum effecerunt ij, qui Comitatum Parisiorum sibi quaeſuerant vt & Coronae dominium sibi rapuerint. Vbi autem Capeti familia in regno stabilita esset, visa fuit alia pulchra Galliae Prouinciarum diuisio, Prouinciarum inquam iure hereditario Principibus concessarum, quibus & iuris dicendi facultas attributa fuit, ijque tunc Bailliuos crearunt, tanquam tutores, conseruatores & administratores iusticiae, quibus alij inferiores & pedanſi Iudices additi fuere. tunc autem Reges nullum aliud summum Tribunal aut Parlamentum habebant, quam Consilium, quod penes ipsos erat: ad res maioris momenti cognoscendas censendas formandasque, Galliae Reges viros Principes (qui vulgo Franciae Pares appellantur) elegerunt, falsum itaque est, quod nonnulli ausi sunt prodere duodecim illos Pares, a Druidibus originem ducere, aut a Carolo Magno, institutos fuisse, nam ne Capeti quidem tempore duodecim Pares fuere, eo numero quo nunc describuntur, saltem Ecclesiastici: si quis vero contenderet illos duodecim Proceres tempore Caroli magni fuisse, illud sane praeter Historiarum fidem esset, nam tunc temporis, nec in Burgundia, nec in Guienna, nec in Normannia Dux erat: nec Flandriae, Capaniae & Tholosa Comitatus extiterunt, quare necessario consequitur, postea Reipublicae causa Pares institutos esse, vt ex eorum consilio magni momenti res deciderentur, atque discordiae Principum eorum autoritate tollerentur. Sed ea diuisio Galliae quae nostro seculo facta est (& nona dici potest) omnium est pulcherrima, nempe in summa Tribunalia siue Parlamenta, quae in Prouincijs regni instituta sunt, quamdiu enim ea loquuta sunt, imperaruntque, nec Reges edocti fuere suo iure abuti, illosque seruos dicere, qui ipsis pro assessoribus, & in administrando regno coadiutoribus dati sunt, res omnes prosperrime cesserunt. In regno ergo Franciae summa Tribunalia seu Parlamenta octo instituta fuere, quibus omnes regni Prouinciae reguntur atque diriguntur. Primum Parlamentum Comitatus Parisiorum (qui olim regni

nomine

nomine insignitus erat) tributum est, eius Parlamenti sede Lutetia Parisiorum collocata, cuius sedes Præsidiales sunt, Laudunensis, Rhemenfis, Ambianensis, Abbatisuillensis, Bolognensis, Siluaneftensis, Senonenfis, Altiſiodorenfis, Trecenſis, Victriacenſis in Parthoſia, Caſtri Theodorici, Chaulmontenſis in Baſſignia, Meldenſis, Agendicenſis, Melodunenſis, Pictauienſis, Andegauenſis, Cenomanenſis, Turonenſis, Bleſenſis, Bituricenſis, Aurelianenſis, Carnutenſis, Engoliſmenſis, Rupellenſis, Monfortenſis I Amauri, Lugdunenſis, Molinienſis Fani Petri monaſterienſis, Rionenſis, Orilhacenſis in Aruernia, Ciuitatis & Prætoris Pariſienſis.

Secundum parlamentum inſtitutum eſt, in Languedocia, eius ſedes eſt in ciuitate Tholoſana. Tertium Parlamentum eſt in Guienna, in cuius Metropoli Burdegala Parlamenti ſedes locata eſt. Quartum Parlamentum Normanniæ impoſitum eſt, ei ſedem dat Rothomagus ciuitas Metropolis. Quintum Parlamentum Ducatui Burgundiæ tributum eſt, eiufque ſedes, in ciuitate Diuionenſi (quod in ea Ducēs ſedem habuerint, collocata eſt. Sextum Parlamentum, in gratiam Allobrogum ſiue Viennenſium (qui nunc Delphinates dicuntur) inſtitutum eſt, in Viennenſium Metropoli Gratianopoli. Septimum Parlamentum regno Arelatenſi, & antiquè illi regioni que ob ſpectatam eius fidem, Romanorum Prouincia dicta fuit, attributum eſt, ei ſedes data in ciuitate celeberrima, Aquis ſextijs. Octauum Parlamentum erectum eſt, in Ducatu (qui olim regni titulo clarus fuit) Britannia, ei ſedem dat Rhedonū ciuitas (que vulgò Rheñes dicitur.) In Mediomaticum Prouincia (quæ vernacule *le pais de Meſin* dicitur) Parlamentum non eſt, ſed Præſes Prouinciæ præfectus, à cuius ſententia appellari non poteſt. De Francia Paribus ſequentia ſcribit Nicolaus Vignierius Barréſis ad Sequanam in rerum Burgundionum Chronico. Nec enim alia iura dignitatisue prærogatiuā & inſtitutionem eorum, qui poſt Hugonis Capeti tempora Pares Francia (præſertim miliares) dicti ſunt, fuiſſe omnino mihi perſuaſerim quam aliorū, qui à tempore Regis Simpliſis ad ipſum Capetū Principes vel Proceres Francia vocati ſunt. Hi enim ſicut & illi, pari iure vtentes æqualē autoritatem inter ſe habebant, Regi tantummodo ſua fidē obſtrangebant, ipſum vnū ſolummodo agnoſcebant, Regni autem quaſi cardines & Concilij Regij vertices erant, primaque munia in Regum coronationibus agebant ideo cum ſic inter ſe quaſi pares ſodalesue exiſterent, Parium nominatio, non minus prioribus quam poſterioribus conueniſſe videtur, præſertim cum paritas non ad Regiam, ſed ad cōmunem ipſorum dignitatem atque autoritatem referretur, ab eodem feudi domino Pares militares ſuam dignitatem, à quo etiam Principes ſortirentur: hoc tantum discrimine, quod Parium militarium numerus non reſpondebat omnino Principibus qui ſub Carolo ſimpliſe, & Ludouico Tranſmarino atque Lothario Regibus ſeptem numerati fuiſſe videntur, & à Prouincia cui præerant vel Ducēs vel Comites, aut Marchiones nominari. Quo modo Balduinus, deinde Arnulphus eius filius à Flandria titulum Comitū geſſerunt, quem etiam Heribertus, non ſolum à Veromāduo Comitatu, ſed ab alijs etiam longe amplioribus ditionibus, quas ſine alicuius certæ Prouinciæ designatione poſſidebat obtinuit: Sed à Gothia (Aegidienſis poſtea Prouincia dicta) Ragemundus (cuius ſucceſſores mihi adhuc ignoti ſunt) Marchionis hereditarij nomen primus aſſequutus eſſe videtur: à Burgandia verò Richardum & eius filios Rodolphum atque Hugonem Nigrū: ab Aquitania autem duos Vuillelmos: à Neuſtria vel Normannia Rollonem, Vuillelmum Richardum: vt à Ducatu Franco vel Pariſienſi Robertum, Hugonem Magnum, deinde ipſum Hugonem Capetum Ducum appellatione inſignitos fuiſſe conſtat. Sed cum Capetus Regiam dignitatem aſſecutus eſſet, Ducatum ſuum Regiō dominio (à quo diſtractus olim fuerat) reddidit reſtituitque. Ex quo deinceps Potentatum efficere amplius deſijt, ſex tantum Francia Primatibus ipſius æqualibus remanentibus, quibus ſuum Principatum eodem quo antea iure retinere permiſit, ratumque habere coactus eſt. Id quod Connano nonnullisq; alijs impoſuiſſe videtur, vt crederent Hugonem Capetum, ad conciliandos retinendosque ſibi Procerum animos, has quæ temporariæ erant dignitates, feciſſe perpetuas, conſtituiſſeque, vt qui eas obtinebant, patrimonij iure retinerent, atque ad poſteros liberofque ſuos cum reliqua hereditate tranſſerrent. Ex quibus nihil amplius noui præter Parium nominationem Aquitaniæ, Flādriz Normaniæque Principibus deinceps indultum, conſeſſumque fuiſſe intelligitur, quo non antea ſub Carolo Simpliſe eiufque filijs fruereſtur, nec etiam poſt Capetum, alios fuiſſe Francia Pares, quam qui antea Principes fuerant. Interim tamen nec Campanos nec Tolofanos Comites noſtræ ſententiæ iure opponi poſſe arbitramur,

arbitramur, si quidem Campanos inter Principes, deinde inter Pares locum eum sibi vendicasse putamus, quem Heribertus Comes (ad quem maternum genus referebant) sub Regibus Simplice & Transmarino obtinuerat, qui præter Comitatum Veromanduum, alias etiam longe ampliores ditiones alibi possidebat, ex quibus Comitatum Campaniæ ac Briæ magna ex parte emerfisse compertum habemus: hæud abssimili ratione Primatus quem Marchiones Gothiæ ante Capetum, cum alijs Franciæ Proceribus gesserunt ad Tholosanos Comites transisse videri potest, siue quod Tholosan⁹ Comitatus, pars Marchionatus aliquando extiterit, siue quod (vt cum P. A. Emilio loquar) Comites antiqui Tholosanum, commixti fuerint, consanguinitate Comitibus Emporytanis, aut iidem nonnunquam fuerint Comites Tolosani & Emporytanorum: ac (vt multiplici sobole, multisq; vna ex gente nobilitateque familijs affolet) in complures Dominatus, Imperiaq; illæ Regiones diuisæ nõ solum Aegidij Comites atque Tolosanos, verum etiam Monspeffulanos dominos, nec non etiam Biterrenses Vicecomites & quosdam alios produxerint, quibus cum Aegidienses ab initio supereminerent, effecisse tandem videntur, vt Gothiæ nomen in Aegidiensem Prouinciã, (Abbate montis teste) comutaretur, constat enim belli Hierosolymitani temporibus, duos fratres Comitatu Aegidienfi atque Tolosano præfuisse: eorumque alterum fratri suo Tolosanum vel oppignorasse vel vendidisse, nempe Raymundo seu Ragemundo, qui egregiam operam bello sacro, cum Godofredo Bulionio præstitit, sic vt ab eo tempore vterque Comitatus in vnum Principatum rursus coaluerit. Ex his cõstare potest cur Patritialis seu Parium dignitas, Campanis & Tolosanis Comitibus potius quam alijs attributa fuit. Quo autem Rege, quoue tempore Parium nuncupatio audiri ceperit, & Ecclesiasticis quibusdam Præsulibus impertita fuerit, plane mihi adhuc incompertum esse cõfiteor: minus aberrare videtur qui Ludouico iuniori, Parium Ecclesiasticorum ad exemplum militare institutionem, potius quam Philippo Pulchro attribuerunt: eumque & ius Regis coronandi sacrisque Regijs initiandi, Remensi Pontifici addixisse, leges & coronationis ritus descripsisse: vnicuique etiam Parium suum locum gradumque & munus in regum coronationibus definiuisse, nec non etiam Parium appellationem illis indidisse contendunt. Illud interim obseruatione dignum est, ex Galliæ Præsulibus illos tantum in Parium ordinem coopertos fuisse, quorum Episcopatus in illis regionibus sedem habebant, in quibus solum Regibus Carolo Simplici & eius filijs, ea quæ Regiæ sedis oppida nuncupabantur relicta erant, vt ijs tanquam dominio domicilioque regio vterentur. Ideo custodes præfectosque suos siue Comites more antiquo ijs adhuc dedisse referuntur, nec alibi fere domicilia sua vel habuisse vel fecisse visi sunt, adeo vt ipsa Parisiorum Lutetia Regia sedes illis nunquam fuerit, cum tamen Landunum Compendium & Nouiodunum, sub ijs inter regalis sedis oppida nominatim exprimentur, nec indicia desunt, quibus & Lingonensem ciuitatem & Catalaunum atque Bellouacum eiùsdem condicionis fuisse, sit suspicandum, constat enim Ludouicum Transmarinum post obitum Rodulphi Regis, Lingones in suam potestatem redegisse, eosq; in fide patrociniòque Regum, cum etiam Capeti soboles in Regio folio sederet permanfisse. Catalaunum autem alicuius Procerum dominio, adhuc anno Christi 963. addictum non fuisse, Annales Remenses ostendunt.

CALETENSIVM TERRI² TORIVM.



CAESARI noti fuere Caletes, populi inter Belgas, Morinis Oceanoque finitimi, Ambianis & Atrebatibus proximi, à quibus brevissimus in Britanniam (nunc Angliam) est transiectus, scribitque Caesar Caletes ad bellum contra Romanos pollicitos fuisse millia armata X.

CALETVM oppidum, portus tantum fuit Romanorum tempore, sed ei adiectas domus fuisse edificiaque quo à se vim depellere possent incole, verisimile est: deinde longo tempore in Burgum (ut appellant) excrevit, tandem Philippus Boloniensis Comes, Regis Ludouici noni cognomēto sancti patruus, eum muris cinxit, portumque reparauit ac muniuit, ut vallum seu propugnaculum esset contra Anglos, & ut ibi classis maritima instrui posset. Eduardus Angliæ Rex, eius nominis tertius, post pugnam ad Cresciacum de qua dystichon circumfertur.


Palma Deidonum est, Anglorum millia decem,

Hic sexaginta Gallorum millia vincunt.

Caletū obsedit, de qua obsidione Antonius Meyerus in Annalibus seu Historijs rerū Belgicarū in hæc verba scribit, Anno à nato Christo millesimo trecentesimo quadragesimo sexto. „ Eduardus Fanū Iodoci, Stapulas Iciū antiquitus dictum, Suburbia Bononiæ, Markisiā „ VVissantum multaque alia cremat. Venit obsessum Calesiam principio mensis septembris „ quo per mare ad eum omnis generis commeatus, magnusque numerus militum subuehi- „ tur. Ioannes Viennensis Burgundio seu Allobrōx, cum Arnulpho Andreghemensi Cale- „ siæ habuit custodiam: hic omnem inopem atque imbellem turbam, que tolerare obsidioni „ non esset idonea, oppido emisit, omnesque Eduardus dato illis largo prandio incolumes „ abire permisit: hibernat Rex Eduardus in castris ad Calesiā, vbi edificia ad hoc cōstruit, „ Castra fossis cingit, vxorē & liberos ad se euocat. Natalem Dominicū magna lætitiā ce- „ lebrat: regiaque redimitus Tyara regale suis dat conuiuū, cum magna pompa & ambitio- „ ne classem multarum nauium cum grandi comeatu Calesiam importando mittit. Philip- „ pus Frācorū Rex, ex Harfletō Bononiam, cuius tamen clāsis Præfectus cognita Anglorū „ etiam in mari potētiā, & munitione ad portū Calesiarum factā, nō ausus ultra progredi, „ Harfletū cum omnibus nauibus rediit. Post hæc ex Atrebatō, Hildinū Rex mouit cum du- „ centis (ut traditū est) pugnatorū millibus, ut obesse Calesiæ suę succurreret. Reperio op- „ pidanos adeo domitos fuisse fame, ut nō modo equis, sed etiā canibus, muribus, felibus, „ & arborum corticibus miserā vitam tolleraret: ex Hildino per Blangiacū, Frugias, Falco- „ bergā, Lumbrias, & Gishas vsque ad montē zant gatā inter wissantū & Calesiam peruenit, „ ibique castra fecit & acies instruxit. Quanto autem exultabant gaudio obsessi, cum tantū „ viderent exercitum sibi auxilio venientem, quis eloqui possit? Miliario duntaxat, distat „ mons ille ab Calesia. Primam aciem Marescalli: Secundam Magister Balistariorum & Ca- „ rolus à monte Morencij cum peditatu: Tertiā duxit Normannię Dux Ioannes cum pluri- „ ma nobilitate: In quarta Rex erat cum signis militaribus LXIII, eratque plane armatus, Io- „ anes Hañonicus & Comes Namurcēus cum aliā sequebatur acie: Postremæ verò præfuit „ Dux Borbonius. Interea Flandri quos finibus suis nō egressos arbitrabantur, relicta Gre- „ ueninga castris se Anglicis coniunxerunt: Recentē quoque militē Dux Lancastrius ex An- „ glia adduxit: Venerūt & ex Germania Eduardo quædam auxilia, inter leuia quæ comitte- „ bantur prælia, mittit ex primis Proceribus, celebrem Philippus Rex legationem, ad Re- „ gem Eduardum, qui postulent oppidum relinquat, procedatque in apertum campū ac pug- „ nandi faciat potestatem: Respondet Eduardus non se arbitrio hostium bellum gerere, an- „ num se ferme totum magnis hic sumptibus cōsedisse, semper fuisse paratū & adhuc esse „ ad pugnandum, sed se loco mouere nolle, donec oppidum ceperit, Si Philippus vir sit, ve- „ niat & ab oppido depellat. Non poterat adiri facile Eduardus, nisi à mari & ponte, quem „ Millanum vocant, & utrobique præsidium habebat, quod validum satis ratus est, grandi ad „ mare excitata Turre, que obsessis omnium erat perniciosissima A Flandria trāsitus clau- „ sus erat, & reliqui aditus seipsos per paludes tutabantur. Nec Galli seu per Portum, seu per

GALEIENSIVM TERRA

TORIVM



Britannici pars



CALEIENSE
TERRITORE
DE
CALAIS

SOMAR

per Pontem penetrare magnopere tentabant, non secus atq; imbelles & ignaui homines
de victoria desperantes: sed cum omnium ingenti admiratione, tam immensum Rex ex-
ercitum reducit, atq; Hisdinum Atrebatumq; repetijt, postquam duo vocati ab eo præ-
byteri Cardinales per plures dies frustra conati essent, concordiam aliquam aut inducias
fabricare, ad eximendum oppidum obsidione. Tunc vidisses alios, carròs suos & impedi-
menta relinquere, alios vina sua effundere, multòs tabernacula incendere, pro se quèq;
certare, ne in extremo esset fugientium agmine neuterga sibi cederentur ab hostibus, decre-
uerant Galli & irrumperè in Flandriam, eamq; in rem plurimus commeatu ad Odoma-
rones, & fossam nouam missus erat, sed illo quoq; omisso consilio vniuersum exercitum
dimisit, & magno cum dedecore absq; vlla pugna, vlla pace, vllis inducijs, se domum re-
cipit. Quanto autem tunc miseri obsessi essent in dolore, & animi angustia, nemo facile
perscripserit. Post Gallorum discessum, Eduardus cum perdere ferro & igni mini-
taretur obsessos, ob longinquam obsidionem & maximos sumptus, flexu tandem Proce-
rum suorum præcibus has illis imponebat conditiones: Sex præcipuè totius oppidi, ad sup-
plicium producerentur, si reliquam multitudinem saluam vellent, alioqui omnes ferro
perituros. His in oppidum nunciatis stratus & eiularus ortus incredibilis, adeo vt nec Io-
annes lachrymas teneret: Conuocato Senatu vt consuleretur, qui forent producendi,
ceteris cunctantibus Eulathius à Fanò Petri oppidi totius facile Princeps surgit, seq; pro
misera multitudine deuouit, ne tam multi pereant, dicens se certo scire inuenturum suam
mercedem apud Deum, huic se iungit Ioannes ab Ariaco, surgit & Iacobus à VVissantò
locupletissimus, dicitq; se velle adiungi suis duobus cognatis, pro ciuium salute, idè fa-
cit Petrus à VVissantò Iacobi germanus, quintusq; & sextus quorum non inuenio edita no-
mina Hilaqueos collo, clauis oppidi manu gestantes, in amictu interiori, capita pedesq;
nudi ad pœnas producti, nec ari à Rege iubentur: intercedit vehemèter nobilitas, ne vi-
ctoriam crudelitate maculet, fœdum fore exemplum, & haud dubie in se aliquando versurum:
dignos esse vitam, qui tanta charitate ad liberandos communes ciues se offerrent: orate sup-
pliciter, pro illorum salute. At ille pertinaciter preces omnes reijcere. Tum Philippa regi-
na vterum gestans, ac partui propinqua, patria Hanoniensis Belgarumq; amans, honesta ac
pia matrona, cum lachrymis ad Regis se proiecit pedes: Domine (inquit) postquam huic do-
mo euocata ad te veni, nihil abs te quicquam petij, nunc autè propter amorè Iesu Christi
dona mihi istos sex homines: Ad hæc Eduardus non tenes vltra lachrymas (vnice enim eam
dilexit) vellem (inquit) non adesses, habe eos, & hinc facessant, ex meo conspectu. Regina
acceptos ciues in ædes suas introduxit, ablatis laqueis prædio refecit, singulisq; senos no-
biles aureos donauit & liberos dimisit, Ioanes Viennensis alijq; præfecti, ducti captiui in
Angliam, pecunia redimendi. Miseri populares postquam cibum accepissent, cum singulis ve-
stimentis discesserunt, quod quidem quam triste visui, facile potest intelligi. Ceteræ ciuitates
captæ, quauis nonnumquam & bonis spoliatæ, patriam tamè retinent: isti non modo fortunas,
sed lares focosq; in summa miseria relinquere coguntur. Pars ad Fanum Odomari, alij alio
deueniunt: Nobiles tandem ære redempti, hoc apud Gallos solati inuenere, vt ante alios
ad honores & dignitates promouerentur: sed plebis nulla habitatio est, hunc in modum
dedita Calestia, mense Augusto. Colonia ex Anglia eo deducta, in qua opulētissimi ex u-
dino ad XXXVI mercatores: tres omnino ijq; senes ex veteribus ciuibus retenti, Sacerdos
vna, & duo iuriscōsulti, vt nouæ colonie essent vsui: Errat qui Calestiam Icium vocat, cuius me-
minere Romani scriptores, nam Icium illud vbi vbi sit procul distat à Calestia occidentem versum
vltra Bononiam, Bononia verò Gessoriacum illud est, cuius & antiquitas facit mentionem Historia
Bertinica Calestium Scalas vocat, hæc Meyerus. An. cl. CD XXXVI Philippus Burgun-
dus cognomento bonus obsedit Caletum, sed Flandris ipso inuito & obtestante ne se dese-
rerent, domum properantibus ab obsidione decessit Anno C. cl. D LVIII Regi Francorum
Henrico II è re oportunitatq; visum est, iam pridem subtextum Senarpotij nobilis viri consi-
lium, de Caletò occupando tentare, Anglici tunc nominis, olim Gallici. Rex mandat Gui-
sio, quamprimum Caletum ducat, detrectabundo quidem & existimanti rem haud quaquam
successuram, incepto tamen euentus fuit. Captum paucos intra dies deditione Caletum
ab Guisio, finitimusque cum nonnullis vrbibus ager, id fuit ad finem Decembris.

GHISNENSIVM COMITA³

TVS, VVLGO LA COMTE

De Guisnes.



ANALIS maior, qui oppidum Ghisnas præterlabitur Comitatus Ghisnensem, ab eo, qui Comitatus d'Oye vulgo dicitur determinat, territoriūq; fere reddit inexpugnabile: inde Hames oppidum venit, & in superius territorium Ghisnarū, in quo sunt *Hartincourt, Peuplinque, Conquelle* & fama celebris Portus, qui vulgo *le port de Nieulet* dicitur.

GHISNES oppidum est & munitio in duas partes diuisa, vna situm obtinet in paludibus, altera in continenti, natura loci robusta est, munitioq; à situ tam firma, vt expugnari aut capi posse impossibile videretur: at tamen Rex Francorum Henricus eius nominis secundus eā cepit misso

Francisco Lotharingo, Guisæ Duce, qui cum copijs eo profectus asperrima hyeme Anno C. c. l. v. l. i. i. i. non sine multorum admiratione Ghisnas obtinuit.

DE COMITIBVS GHISNENSIBVS

hæc Meyerus.

» Anno Christi D CCCC XXVIII Dani Sifrido Duce maritimam Morinorū oram in-
» uaserunt Ghisnas oppidulū ceperunt, incōsultoq; Comite Flandriæ Arnulpho Magno,
» duplici fossa cinxerūt, idq; pace facta in fide Arnulphi cū tota adiacēti terra retinuerūt.
» Sed Sifridus paucis post diebus, Elstrudem Arnulphi filiā rapuit de virginavitq;, Tum
» scripto raptim milite quum perdere in totū Magnus hominē pararet, ne haberet Da-
» nus, ad quos cōfugeret, laqueo sibi consciuit mortē Elstrudis impleto iam vtero Adul-
» phum peperit, quē Arnulphus iunior, vbi Dani neq; opprimi neq; arceri finibus facile
» possent Ghisnensibus Comitē cōstituit, illumq; præstito iuramento in fidē accepit: quā
» quam nihil ægrius ea re Bertiniani Monachi ferrent, terrā illā Ghisnensem, tanquam par-
» tem Comitatus Arkenfis, vetusto iure sibi vendicantes, hucusq; Meyerus. Tempore Re-
» gis Francorum Ioānis Rodolphus Comes Ghisnensis, Magister equitum aqud Anglos bel-
» lo captus detinebatur, is patriæ & libertatis desiderio, pactus est cum Eduardo Angliæ Re-
» ge si se redire in Gallā permitteretur, numeraturū Anglo LXXX aureorū millia, aut si id
» præstare non posset, Comitatus Ghisnensis possessione decessurū: cum id pactū Regi Ioan-
» ni & intimis eius non placeret, illum accusant proditionis damnatūq; in carcere obtrun-
» cant. Accidit postea, vt Arx Ghisnensis, custodis proditione ab Anglis caperetur, vtq; cu-
» stos domū reuersus equis in diuersa actis, dilaceraretur: & cum Franci cum Anglo de vio-
» latis inducijs quæ inter eos pactæ erant conquererētur) respondit Anglus, rerū emptionē
» per inducias non tolli, exemplo Galli id se facere, qui per Charniacum paulo ante, Cale-
» siam (malo licet euentu) emerat, per pacem quæ inter Reges Ioannē Franciæ & Eduardū
» tertium Angliæ coijt Britinici prope civitatem Carnutum, cessit in perpetuum Anglis A-
» quitania hoc est Vasconia Pictones Sanctones, Petrocorij, Lemouices, Cadurci, Engolif-
» menses & Rureni, adhuc Ponracenses Ghisnensēsq; cum omni iure imperioq; supremo, per
» pacem inter Francorum Regem Ludouicum vndicimum & Principes qui boni publici
» causa coniurauerāt, Carolo Carolesio Philippi boni Burgundiæ Ducis filio eiusq; heredi-
» bus quibuscumq;, in perpetuam possessionem, Comitatus Ghisnensis (in quo Calesia
» ab Anglis occupata, adiectus fuit.

BOLONIÆ COMITATVS,

VVLGO LA COMTE DE

Boloigne.



AROLVS Caluus Romanorum Imperator, & Francorum Rex, Iudithæ filiæ, nuptæ Balduino ferreo Flandriæ Præfecto, in dotem dedit quidquid terrarum est, inter Scaldim & Somona flumina & Oceeanum: de qua donatione sequentia scribit Antonius Meyerus in Flandriæ Annalibus, Anno C. D CCCC LXI. Iudithâ Caroli Calui Francorū Regis filiam Balduinus ferreus, Præfectus Flandriæ ex Syluanecto inconsulto patre abductam in Flandriam, pro vxore habuit, stirpemq; ex ea virilem suscepit, quo patrato facinore ingens terror Flandros circumstabat, non bellum modo sed exitium etiam vniuersæ genti nostræ minitante Rege. Et Ferreus licet sollicitus foret, haud quaquam tamen despondit animum. Relatum est à nonnullis semel in Atrebatibus, ad montem diui Eligij, iterum in sinibus Intulensium fuissem, ab eoq; fugatum regiū exercitum, Francoq; per quàm viriliter à nostris prohibitos sinibus: Ceterum Rex, vt feram indomitamq; gentem, haud facile peruinci armis posse perpenderet, conuocato Pontificum concilio, Ferreum lege Gregoriana damnatum pio ū coetu mouendū curauit. Anno D CCCC LXIII Balduinus Comes, Romam cum Iuditha profectus, de raptu se apud Nicolaum primum, quãta maxima potuit modestia purgavit: nullis blandimentis, nullis fallacijs mulierem ab se deceptam, nullam vim factam, verum suam illam sponte nec reclamante fratre eius Ludouico, se secutam &c. igitur tantum valuit apud pium Pontificem supplicis Balduini deprecatio, vt non solum induceret interdicti decretum, verum etiam duos Episcopos, Legatos atq; intercessores, pro eo mitteret. hi postquam Suesionem ad Regem peruenere, contracto rursus Episcoporum Gallorū concilio, post varias sententias, Carolus Rex ratus non nihil donadum esse Romani Pontificis præcibus, simul veritus ne indomita adhuc Flandrorum natio, cum Danis qui tum terra mariq; Galliarum vrgebant fines, se coniungeret, deuorata indignitate exorari se tandē patitur, proq; insigni iniuria, beneficiū, haud vulgare rependit, Flandro pacem dat, eumq; in fidem recipit, matrimonium filiæ ratificat probatq;: Antisiodori ingenti læticia fiunt nuptiæ, celebrate officinm Nouiomæ gensi Episcopo. ibi in Regis verba Ferreus, iurat, totamq; regionē Scaldæ, Somonæ & Oceano terminatam dotalem ab eo accipit. Hucusq; Meyerus. Bolonesium initium habet à montibus S. Ingeluerti, ad fluuium Cancham protenditur, quæ eius longitudo est, latitudo verum à mari Occidentali ad siluam Tournehensem extenditur. Comitatus titulo insignitum est.

BOLONIA oppidum est, veteribus Gessoriacum dicitur, fuit portus & statio nauibus idonea: diuisum est in superius & inferius, hoc Burgum tantum fuit, antequam id Angli obfidione cingeret: in eo templum erat Diuo Nicolao dicatum, & Cænobium sodalitij fratrum minorum: inferius autem oppidum mare alluit. Apud Cænobium fratrum minorum (quod non longe à mari distat) naues conscendunt qui in Angliam traiciunt: inde enim in Angliã brevissimus est traiectus. Inferius oppidum passibus centum distat à superiori, quod clausum est muris validissimis, fossisq; raræ profunditatis, vndique cingitur: totus hic tractus fibulosus est, eius generis arenæ quam vrentem vocant, id aliqui in causa esse autumant, Boloniam dictam esse, deriuariq; à verbo venaculo bouillir & bouillonement. Aeternum Galliæ decus est Bolonia, quod in ea natus sit Gothofredus Eustathij Boloniensis Comitis filius Lotharingiæ Dux, qui quod primus in urbem Hierosolyma irrupisset, liberis Principum omnium qui aderant, suffragijs, dictus est Rex Solymorum, hoc est Hierosolymorum.

De Boloniæ Comitibus dicitur in descriptione Aruerniæ, quod ea, & Bolonia eisdem Comitibus subdita fuerit.

PONTIVVM COMITATVS, VVLGO PONTIEV.



PA dicta est hæc Prouincia à Pontium qui in ea sunt frequētia multæ enim in ea sunt paludes, quæ se in mare exonerant apud S. Valerij portum, Comitatus titulo ornata est, legiturq; de Guilielmo huius Prouinciæ Comite, qui vixit tempore Regis Francorum Lotharij. Ad Anglos venit hic Comitatus cum Eduardus Angliæ Rex, eius nominis primus duxisset in vxorem Eleonoram Regi Castiliæ Ferdinandifiliam. ex Ioanna vxore. filia Simonis Pontium comitis. pacificatione inter Reges Ioannem Franciæ post eius captiuitatem & Eduardum tertium Angliæ, quæ inita & conclusa fuit in pago Brætignij prope ciuitatem Carnutensem hic Comitatus Anglo mansit, sed postea incolæ instigante Guidone diui Pauli Comite. præfidiarios quos Rex Eduardus ibi reliquerat expulerunt Regiq; Francorum Carolo quinto qui sapiens dictus fuit se tradiderunt: itaq; longe nobilissimus Comitatus Franco celsit, post annos 112. quam ipsum doris nomine Rex Eduardus primus accepisset.

ABBATISVILLAM non valde antiquum esse oppidum nomen declarat, id huius Comitatus est primum, Bailliatus nomine insignitum Sedes est Iudicis præfidiæ nam habet Præsidem cum septem Consiliarijs, qui cum Scriba appellationum ius dicunt.

PEQUIGNIVM vulgo *Pequignij* alij *Pincenij* dicunt, inde inclauit q; Guilielmus cognominatus longa spata Normaniæ Dux hic proditorie occisus fuerit factio ne Baldvini Comitis Cameracensis qui illum eo loci allexecat prætextu tractationis pacificæ quemadmodum in annalibus Normanniæ legitur. hic Angli prælio victi, occisi fuerunt, omnes qui nomen *Pequignij* pronunciare non poterant, sed loco *Pequignij* proferebant *Pequenij*.

CRESCIACVM, vulgo *Crecij* vicus Franciæ gentis clade memorabilis de qua scribit Papius Massonus libro Annalium & Philippus Valesius qui Anglos fame & superiorum dierum itinere pene enectos existimabat, vbi certior factus est, eos ad Cresciacum castra posuisse propius accessit, illi tres in acies erant diuisi, primæ Eduardus iuuenis secundæ Comes Arundeli, vltimæ ipse Eduardus Rex præerat se ac suos intra carros continens Francus in totidem acies exercitum partitur in prima fuere Ballistarij Ligures Ioannes Boemiæ Rex cum filio Carolo Romanorum Rege & tribus equitum milibus secundæ præerat Regis frater Carolus, Comes Alenconiorum, in qua fuere equitum milia quatuor, peditum multo plura: tertiam Rex ducebat. sub initium pugnæ sinistrae aues corui in aère visi & multus imber à cælo defluxit, Ligures Ballistarij primi ad curus hostium procurrere emissisq; sagittis sensere sibi cū peritissimis sagittarijs rem esse cōtinuo enim ab hostili exercitu, tela instar grādinis in eos sparsa sunt. Territi pedē referebāt, quod vbi anima duertum est à Francis equitibus per eorū corpora viam sibi ad hostem faciunt, tanto imperu atq; ardore, vt nostri Ligures proditorum loco habiti omnes ceciderint Angli verò accedentem equitatum conspicati multo maiorem sagittarum numerum iaculati sunt, ligneis quoque bombardis emisere candenes ferreas glandes quibus equi sefforesq; terrentur: hoc genus tormenti multum ad victoriam profuit: plurimis enim equis atque equitibus eminus cæsis, & maxima eorum parte qui supererant ex prima acie sauciatis, Eduardus iuuenis cum millo equitibus & sagittariorum

rforum millibus sex, disiectis carris per decumanam portam in reliquos irruit? Hic Boemix Rex cecidit, de cuius virtute bellica, Petrarcha libro 2. de remedijs fortunæ. Ioannes Boemus (inquit) duorum sine medio Romauorum Principum alterius filius, alterius pater oculis semper infirmus, multos ad extremū annos cæcus, Bello quod inter Gallos (cui ille fauit) & Britannum Regē sex iam lustris agitur, dum pugna illa omninū asperrima cui ambo Reges intererant, inclinare fortunam intelligeret, duces suos clara voce compellans, dirigite me inquit ocius, in eam partem, vbi Rex hostiū est, atque omne robur exercitus sui; quod cum mæsti ac trepidi fecissent, ille equo stimulis adacto, eo se precipitem dedit, quo spectare alij cecumq; oculis persequi vix audebant: vbi cum fortissima hostium acie non fortiter modo, sed horrifice pugnatum ruit, ipsis mirantibus & laudantibus qui vincebant. Rem narro notam omnibus, sed nisi mandata sit literis obliuione perituram, & quid oro gloriæ viri fortis obfuit visu caruisse, nisi vt quem virtus & natura mirabilem fecerant, stupendum cecitas faceret, hactenus Petrarcha de Boemorum Rege quo occiso & primaria acie dissipata, Eduardus filius in secundam impetum fecit: in ea erat Carolus Regis frater, Comites Ludouicus Flandriæ, Ludouicus Blesensis, Ioannes Hannoniæ & multi equites nobillissimi, quibus prima acies Anglorum iam defessa vix resistere poterat: verū Arundeli⁹ Comes cū secūda acie auxilio adfuit & de sa sagittarum grandine in equos ac equites missa, felicissime confligit, cecidere enim preliantes Carolus Philippi frater, Ludouicus Blesensis, alijq; nobilissimi proceres, quorum cæde secunda acies turbata est. At enim Rex ipsis laborantibus suppetias tulit reliquo exercitu in hostem ducto, vt victoriam Eduardo eriperet & eripuisse videri poterat, Anglis omnibus intra carros propere repulsis, vbi a tergo & lateribus tuti securius pugnabant, Gallicis equitibus (malum) alijs alios vrgentibus, vt Curtracensi prelio acciderat: Vicissent tamen nisi Edoardus Rex qui in illis faucibus & angustijs suis subuenire non poterat, tertiam aciem ab vltima castrorum parte retractis carris eduxisset, ac multo circuitu Francos pugnantes à tergo inuasisset. Ad multam noctem dimicatum est, victoria sensim ad Anglos inclinante. Cecidere illo prelio viginti hominum milia. Boemus Rex, Ludouicus flandriæ Comes, quinque è Germania Comites Boemum secuti, Grimaldus & Auria, Ligurum duces, proceres frauci magno munero Rex victor cadauera cesorum sepeliri curauit, interfuitq; in pulla veste infeijs, Regum & procerum, & Boemi cadauer ad Carolum filium humaniter remisit, testatus non viribus suorum, sed solius Dei beneficio tot Reges ab impari exercitu deuictos.

NORMANNIA, VVLGO^S NORMANDIE.



SI ratio habeatur numeri Ciuitatum huius Prouineiz, eiusq; oppidorum pagorumq; totius Francici regni ditissima potētissimaq; haberi debet: nobilitas in ea magno numero est, tantaq; in ea soli fertilitas, vt omnia humanæ vitæ necessaria abunde suppeditet: mare oportunitatem negociandi mercaturamq; exercendi incolis largitur: Cœlum sua vi homines ingeniosos, cautos, acutos, agricolosq; facit, si quos alios in Gallia, nec qui facile decipi possint: affabiles, humani facundi rhetores, & literis addicti sunt, sed lucro intentiores. Nemo non animositatis & fortitudinis, in prælijs laudem Normannis concedet, si ipsorum res gestas censeat, maxime verò eos Angliæ regnum inuasisse, cum ipsorum Dux, vix in Normanniæ Ducatu esset stabilis: sed has victorias, expeditiones filiorum Valløgensium in territorio Constantiensi & Alteuillæ superant, quos vulgo Guischardos appellant, nam ij cum vulgari tantum nobilitate præditi essent, parentesq; Constantiensi Episcopi Godefridi, sibi dominium Pugliæ Calabria Neapolis & Sicilia quæsiuerunt, & ex eorū prosapia multi Reges prognati fuere.

ROTHMAGVS ciuitas, Ptolemæo eodē nomine nota fuit, Magus dicta est, à duobus vel tribus Celtarum Regibus, postea sub Rege Rhomo dicta fuit Roming, tandem Rothmag, vel hoc nomen est consecuta, à rubicondo lapidum colore, ex quibus pons extructus, Rot enim rubrum significat, vulgo Rouen dicitur: in amœno territorio sita, Emporiumq; est celeberrimum. Pons instratus Sequanæ magna industria ædificatus est, ipsumq; opus Architecti ingenium artificq; præstatiā comēdat, ob maris fluxum & refluxum, qui bis singulis diebus fit: Lapide secto cōstat, arcubusq; magnæ altitudinis latitudinisq;, quod crassæ columnæ sustinent: visu quoq; dignum est templum cathedrale Deipare virgini dicatum, in cuius structura, quidquid ad exactæ Architecturæ rationem exigi queat, obseruatum est. Sedes Tribunalis iusticiæ (quod parlamentum vocant) est, id Rex Ludouicus XII. instituit An. C. 1449. Belleforestius nomina recenset 81. Episcoporum huius ciuitatis, quorum vltimus est Catolus Cardinalis Borbonius. **EBVRONICI** vulgo Fureux oppidi Cæsari meminit, qui eius populos Eburonices vocat, in eius territorio sunt vulgo dicta oppida *Vernon, Aigle, Passy, Ingles, Tuillieres, Cauches, Bertueil, Rugles, Bruin, Hermenuille.*

LVXOVIUM vulgo Lisieux oppidum est, cuius populos Cæsar Luxouios vocat.

CAULETUM vulgo Caux, Cæsari cognitum fuit, qui Cauletes nominat, & in eorum territorio Arcé extruxit, quæ Insula bona dicta fuit, corrupto nomine Iuliæ bonæ filię, aut familiæ Iuliæ: in eius territorio fama clara oppida sunt, vernacule dicta Dieppe, Gisors, Cler, super Eptā fluium sitū, Potoyse, Gournay, Aumale Ductaustitulo celebre, Neuffchâstel sede Regali ornatū, Heu Dominatus titulo insignitum quod heredes Ducis Niuernici dominos agnoscit, Arques.

BAIOCCÆ vulgo Bayeux Ciuitas est, Metropolis territorij Baiocensis & antiquarum Galliæ vna, eius templum inter pulchriora, magnificentiaq; celebriora totius Normanniæ habetur, propter structuræ excellentiam & columnas omnis generis artificiosis operibus exquisitæ ornatas, sed raritate excellit Porticus imaginibus effigiata, & duæ Turres altitudinis stupendę, Pyramidum forma surgentes, quę huius ædificij molem ferunt, in cuius medio, turris est structuræ admirandæ, hanc extrui fecit Ludouicus harcurtius Patriarcha & Episcopus huius Ecclesię: in ea turri horologium Ciuitatis est, quod alijs arte præstantibus merito adnumerari queat, id indicans & sonitu significans quartas & medias horæ partes, gratam sono musicam exhibet, campanularum canorarum artificio.

CADOMVM Cay domus est, qui Caius dictator prima eius fundamenta iecit, vulgo Caen dicitur, secundum est in ordine præcipuarum Ciuitatum Normannię, sed primarium inferioris Ducatus, Qui eius situm attente perpendet, ei locum inter pulchriora visuq; amœniora tribuet: conspectu digna est Curia vel ciuica domus quę fastuosa excellentiq; architectura clara est, cuius Pali in aquis defixi fundamentum faciunt.

Castra

Milliarum gallice communium



NORMANNIA Normandie gallice



CASTRA Constantia ciuitas est, ita dicta quod constanter aut fere semper milites illie castra fixa habuerint, tanquam in limitibus magnę Britannię & Armoricarum, quę Romanis hostiles & infestę erant: in planicię campestriq; loco sita est, nullisq; muris nec vallo einctā, quod dolendum est, si spectetur situs exquisita pulchritudo, & magnificentia: extra ciuitatem, ad Occidentem, in vallis fundo aut ima parte visuntur, multę columnę valde excelsę, structura mirabiles. industrię artificijq; singularis, pontis pluribus arcibus suffulti refert formam: Proceres vulgo dicti *les Puisseaux*, cum quondam ædificarūt erexerūtq;, sub columnis riuus quem Busart vocant, fluit super eas autem fons, qui à medio fere miliariper tubos & canales plumbeos eo deducitur, & vsq; in ciuitatis medietullium, alioquin enim aquę dulcis penuria laboraret ciuitas, eam tamen aliqui putei suppeditant. Episcopali sede fulget, Belleforestius nomina recenset 72. Episcoporum, quorum vltimus est Arturus cossęus filius Marecalli Brissaccij. **DI**EPPE nomen habet ab exiguo fluuio oppidum perlabente: ciues Dieppenses maius sibi in mari nomen pararunt quam vnquam Rhodij, Cretenses & Phocenses habuere, nauigant enim per totum Oceanum, vsq; in terras Septentrioni vicinas, quę hactenus incognitę fuere, & à Septentrione meridiem versus vsq; ad Caput bone spei, indeq; per curuaturam maris vsq; in Indias orientales. Gracię portus quem vulgus vocat Haure-degrace magna amœnaq; est munitio, pyratis & in mari prędas facientibus terrori est, Regniq; Francici clauis, eam Rex Frauciscus primus fecit vt Anglis resisteret. **ALENCONIUM** vulgo Alencon oppidum Comitatus titulo olim clarum, nunc Ducatus fama celebre & inter Bailliatus Normannię præcipuus est.

Principum Alenconiorum series hæc est.

CAROLVS Regis Francorum Philippi tertij filius, primus Valesij & Alenconij Comes, Princeps sine terra dictus, Regi Philippo pulchro fratri vniuersam pene Flandriam subegit, exercitu in Aquitaniam ducto, Anglis qui contra federis condiciones fecisse dicebantur. Burdegalam urbem primariam eripuit. Romanus Pontifex regni Aragonię & Valentię Comitatusq; Barcinonensis titulos ei indulxit, quos & gessit donec pacto pacis eis renunciauit: vxores habuit tres, cum priore Clementia, Caroli secundi Regis Neapolitani filia, Andium Cenomanorumq; Comitatus dotis nomine accepit: propter alteram nomine Catharinam, quę Balduini primi Imp. Byzantini, ex Philippo filio neptis erat, Imperatorem se Constantinopolis inscripsit: tertia fuit Mechthildis Guidonis Castillionei, Comitis S. Pauli summi Regni Francici pocillatoris filia, ex quibus tribus vxoribus ei nati sunt tres masculi octo femellę, masculorum nomina sunt, Philippus Valesius qui Rex Francië fuit post Regē Carolum quartum: Carolus Carnutensis & Alenconij Comes: Ludouicus qui nullis relictis liberis decessit. Carolus qui patri in Carnutensi & Aléconio Comitatu successit, occidit in pugna ad Cressiacū A. C. 1346. vxores eius Ioāna, Ioannis Comitis Ioigniani, domini Merollensis filia sterilis, & Maria Cantabra Ferdinandi *de la Cerda Hispani* filia: vidua Caroli Eborensis & Stamparum Comitis, ex quibus nati sunt Carolus Alenconij Comes, factus Archiepiscopus Lugdunensis, Robertus Comes, Perchensis siue Perche Petrus Comes, qui patri successit in Comitatu Alenconij, Philippus Bellouacensis Episcopus, Archiepiscopus Rothomagensis & Patriarcha Solymitanus: Ludouicus Fstampij Comes, & vna filia.

PETRVS in vxorem habuit Mariam Chamalliantanam Bellimontis Vicecomitem quę ei peperit Ioannem qui patri successit & tres filias. Ioannes à Rege Francorum Carolo sexto primus Aléconij Dux creatus fuit. periit tandem in prælio Azincurtano An. 1415. desponsata ei erat Isabella Regis Caroli V. filia sed duxit Mariam Ioānis V. Britannię Ducis filiam quę ei Ioannem peperit, qui patri successit. Ioannes II. Dux Alenconij, in vxorem habuit Ioannam Aureliannensem sterilem & Mariam Armeniacam, quę ei edidit Renatum siue Reinerū, qui patri successit & Isabellam filiam. Renatus siue Reinerus, Dux Aléconij tertius & Comes Perchens duxit in vxorem Margaretam Friderici Lotharingię Ducis filiã quę ei peperit Carolum, qui patri successit, & duas filias. Carolus Dux Alenconij IV. Ioanna Borbonia sponsa neglecta, duxit Margaretam Aurelianensem sororē Regis Frãncisci I. ad quę, Carolo sine liberis paulo post pugna Ticinensem extincto, Ducatus Alenconij redijt.

Hercules Andegauensis & Aléconij Dux, Regis Hérici II. filius, postea Frãncisci assumpsit nomē, contra Philippū Hispaniarū Regem, in Belgium ab Ordinibus accersitus, in Brabantię Ducem Imperijq; Romani Marchionem inauguratus An. 1582. Antuerpię, quam vi occupare tentauit, sed ab oppidanis 1500, suorum militum accepta strage reiectus in Franciam redijt, annoq; proximo pridie Cal. Iunias, est extinctus, non sine suspitione veneni.

5 *Secundus*

SEBZ oppidum est. Huius populus Sessuius aut Sagiensis dictus fuit. Huic multa oppida & fere totum Alenconienſe territorium, parſque regionis (quã vulgo *La Perche* vocat) paret. **THORIGNYVM** olim diues oppidum fuit, quod notæ ruinæq; tam murorum quam Porticum docent. Sedes est Bailliatus & Comitatus titulo inſignitum, quem Iacobus Matignonus obtinet. **ARGENTONVM** oppidum est, ſuper fluuium (qui vulgo *l'Orme* appellatur. **HIESMA** oppidum est quod aliqui Oximum vocant. **FALAISA** ad dictum fluuium Ormeum ſitum eſt, Falaiſe (veteri nomine Gallico, à rupibus & promontorijs quæ circa ipſum ſunt ſeq; à maris littore è longinquo viſui exponunt) dictum eſt: oppidum forma nauis ædificatum eſt, nec vltra tres vicos hæbet, quorum duo ipſum findentes ſurſum tendunt, ab vno oppidi angulo ad alium, vbi Arx eſt, tanquam puppis, in rupe quæ oppido impendet: ambitur Falaiſa foſſis profundiffimis cingiturq; duobus ſtagnis, quorum vnus, præ aquarû abudantiã nũquã exaret, nec ſiccari poteſt: ne niſi magno labore ob eius profunditatẽ retibus piſcari, aliud autem ſtagnum ſtato anni tempore ſiccari piſcarique poteſt: in hoc duo piſtrina ſunt, vnum pro fullonibus, aliud ad acuendum cultros, quos hic valde bonos alijsque totius regni Galliæ præſtantioreſ fabricant. Hæc Ciuitas patria eſt magni illius Principis Vuillelmi conqueſtoris, naturalis filij Roberti eius nominis primi, & Ducis Normanniæ ſexti, quem quamuis ex priuati ciuis huius oppidi puella procreaſſet, nihilominus ſe itineri terræ ſanctæ accingens, ſuum heredem inſtituit: Hic eſt ille Vuillelmus, qui Angliæ Regnum, deuictis Daniſ ſibi quaſiuit. Vno ab hoc oppido miliari Occidentem verſus eſt mons, vulgo *Arene* dictus, in quo ex aues capiuntur, quæ vulgo prædaces vocantur & peregrinæ, ibi & aquile capiuntur, omneque auium genus. Hic in vicinia cum foderetur, in montibus, inuentus fuit fere modius numiſmatum æræ monetæ, quibus imago Iulij Cæſaris expreſſa, eiufque nomen inſculptum erat. **FISCI** campus vulgo *Fescamp* oppidum eſt, in eo eſt magna celebrisq; Abbatia, in ea ſepulchrum Mauſoleumque fuit Regum Angliæ & Ducum Normanniæ Ricardus Normanniæ: Dux tertius illam extruxit

HAIRFLEV oppidum eſt, quaſi fluctus maris arcens aut ſiſtens dictum. **CAVDEBEC** oppidum eſt. **CAILLY** referre videtur appellationem Caſſeti quod Romani exciderunt, ex cuius magni oppidi ruinis ſtrata fuit via (quæ vulgo *le chauſſie de Colleboſe* dicitur.)

GVIBRAY magnus & inſignis fama eſt vicus: non longe ab eo nundinæ habentur per totam Galliam & Germaniam celebres, incipiunt die Mercurij poſt aſſumptionem Mariæ finemque habent die Mercurij ſequenti. **ARNES** Pagus eſt præpe Faleſiam, iſtum in loco plano campeſtri que ſit, eiufque ſolum ferendo frumento idoneum, & nouem aut decem miliaribus à mari diſtet, ſiccum aridumque, nec fluuiio nec riuo aliquo irrigetur, nihilominus ſepe per ſubterraneos meatus marinæ aque, tanta copia eouſque pertingunt vt quaſi lacum ſtagnumque efficiant eoque magnam piſcium copiam ducant: cum aqua ſe ſubducit locus ſiccus manet, vt ante fuerat. **VIRE** paruum eſt oppidum arcemque habet.

ARBORICA & *Abrinca* vulgo *Auranches* ciuitas eſt, Cæſar eiufque populos *Ambiliates* vocat, & vicinos eſſe *Lexouys Nãnetenſibus* & *Morinis* ſcribit, lib. 3. belli Gallici. Sede episcopali ſe effert, eiufque 45. Episcoporum nomina recenſet Belleforeſtius quorum vltimus *L. Sitier Pariſienſis*. **CARENTEN**, *Vallonges* oppida ſunt, fama celebria. *Ville Dieu* commendataria eſt *Rhodiensis*. *Granduille* ſatis commodum portum habet.

Haye, Payſnel, La lande Bernault, la Hogne, S. Vaast & Barſleur oppidula ſunt. *Montebourg* Abbatia eſt.

CAESARIS burgum vulgo *Cherbourg* fama pinſigne eſt oppidum, à Cæſare dictatore ædificatum exiſtimatur, vltimum fuit eorum quæ Rex Carolus ſeptimus Angliſ eripuit cum eoſ tota Gallia exegit. **BRVEL** & *Briquebec* oppidula ſunt. *Hambie* dominos agnoſcit gentem *d'Estonteuille*. Diui Michaeliſ templû & Monasterium fama nobiliſſimû in Rupe admiranda medio in mari eſt, tribus miliaribus diſtat ab oppido *Auranches*. **RVPES** vulgo *Roch de Tombelaine* in medio mari eſt, hanc fabuloſus *Godefridus mortemerus* dicta vult à quadam filia Regis Britannia. ibi à Gigante, qui eam occiderat ſepulta. **PENINSVLAM** *Ogyges* incole regionis *la hogne* vocant, ſterilis eſt & ad id tantum apta, vt ex ea merces in continentẽ transportentur. *Serſay, Grenezey* & *Sere* inſule ſunt, in hac Arx arcendis *Pyarris* extructa eſt. non longe à ciuitate *Baiocœuſe* vulgo *Bayeux* flumen eſt quod *Aurẽ* dicitur, non longe ab eo alius fluuit quod *Vaucelles* perlabitur (& vulgari nomine *Drôme* dicitur) hæc ſe coniungunt apud pagum (qui *Maiſons* vocatur) ad pedes montis vulgo *Chaulni* nũcupati, hic cum eoſ impediatur ne vltius fluant, labuntur verſus locû qui *la foſſe de Soulcý* dicitur, huc lente veniunt ſuper ſabulum firmum & vnitum, vt ab omnibus cõſpici poſſint lenteque

leateq; se perdunt, quamuis ambo satis magni sunt, quod magnopere mirantur qui hoc tanquam rarū vident, inde sub terra fluunt rursusque apparent medio inde miliari in ripa siue maris littore, in quopulchrum efficiunt Portum, qui vulgo le Port de Bessin vocatur.

Ducum Normannię series hæc est.

ROLLO Normannus eiusq; gens à Carolo Simplice Francorum Rege A. Christi 912, Neustriam incolendam obtinuit, ex quo Normannia dici cepit, uxorem habuit Poupam Berengarij Comitiss aut Præfetti Bessinensis & Bellouacensis filiam, quæ ei peperit Vuillelmū qui patri successit, & Gerlottam quæ nupsit Vuillelmo Comiti Pictaviensi. VUILLELMVS cognomento longa spata, Rodulfo Francorum Regi fidem obsequiumque iureiurando obstringens, Britonum oram marinam accolentium terra donatus est, quam alij à Rege Carolo Simplice Roloni traditam ferunt, nisi posterior prioris donationis confirmatio fuerit, postea fidem suam Regi Ludouico TransMarino obstringens inuestituram sui Ducatus ab ipso accepit, ad Pinciniacum in Somona insula, colloquij specie euocatus ab Arnulpho Flādrię Comite occisus est, in uxorem habuit Sphortam, Heberti Comitiss Siluanectensis filiam quæ ei peperit Ricardum qui Intrepidi cognomentum habuit & patri successit.

RICHARDVS Intrepidus magno diu in periculo fuit apud Regem Ludouicum TransMarinum in cuius aula educabatur, qui eum occidere volebat, vt Normānia potiretur, sed fauore Hugonis Magni, & astu sui Gubernatoris, præsentis exitio ereptus est: primam uxorem duxit Annam siue Agnetem Hugonis Magni filiam, quæ ei nullos liberos peperit, secunda verò eius vxor Gonnora cuiusdam Dani filia ei peperit Richardum, qui patri successit, Robertum Comitem Eburonicensem, qui Richardum & Vuillelmum filios genuit: vxore mortua Archiepiscopus Rothomagensis factus est XLIII. Maugerium Archiepiscopum Rothomagensis post fratrem Robertum: Vuillelmum Dorque Comitem Eufium: Annam nuptam primum Edekardo Regi Anglię, deinde Cumiti Danię Regi: Henonem uxorem Godefredi Comitiss Britannię: Mathildem quæ nupsit Eudoni Comiti Carnutensiu: Dux Richardus obiit Anno Christi 980. sepultus Fescampi. RICHARDVS eius nominis secundus, Coronę Francię addictus fidusque fuit: in Regis Francorum Roberti gratiam oppidum Melodunū, Comiti Carnutensiu eripuit qui id ab eo emerat, qui Regis nomine ei præfuerat: in uxorem duxit Iudithā Comitiss Britannię sororem, quæ ei peperit Richardum qui patri successit: Robertum qui post Ricardum fratrem Dux Normannię fuit: Guillelmū qui Fescampi Monachus fuit: Alexiam uxorem Reginaldi Burgundię Comitiss: Annam quæ nupsit Elfredo Anglię Regi: Eleonoram quam in uxorem duxit, Balduinus Flandrię Comes: in secundā uxorem duxit Richardus Paulam Guenonis Regis Danię & Noruegię filiam, quæ ei edidit Guillelmum Comitem Tallonis & Arquesij: Maugerium, qui patruo Maugerio in Archiepiscopatu Rothomagensis successit, Dux Ricardus obiit Anno Christi 1026. sepultus Fescampi apud patrem. Richardus eius nominis tertius, Regi Francorum Roberto contra Landricum Niuernensem Comitem, qui post mortem Henrici Burgundię Ducis (quod Burgundis acceptior esset, se Burgundię Ducem dictitaret) auxilia subministravit: vxorē non duxit Ricardus, attamen tres liberos procreauit, Nicolaum Abbatem Sancti Ouini Rothomagi: filiam quæ nupsit Gautiero Dynastæ Fani Valerij, & aliam quæ elocata fuit Vicecomiti Baiocensi: Richardus à fratre veneno sublatus est An. C. 1016. Robertus Richardo fratri successit, liberalis appellatus dictusque fuit, quod inter liberales & magnificentia præstantes sui cui Principes recensitus fuerit elati ingenij, & ambitiosus fuit in terrā sanctā profectus, inde rediēs in Asia decessit inhumanus Niceę Anno Christi 1035. vxorem non duxit sed ex Concubina genuit Vuillelmum, quem natalibus restituit, & in Asiam proficiscens suum heredē instituit. Guillelmus patri successit quamuis agnatis renitentibus, qui ei Ducatum Normannię eripere tentabant, sed Regis Francorum Henrici primi sui tutoris auxilio, rebelles castigauit, vix dum in Ducatu Normannię stabilitus Angliam inuasit eiusq; dominium sibi quæ fuit, quod ipsi Rex Anglię Eduardus cognatus legarat, prælioq; Haraldum Danum, qui id occuparat occidit, quare cognomen Conquestoris meruit: duxit in uxorem Mathildem Balduini Pij Flandrię Comitiss filiam, quæ ei peperit Robertū Normannię Ducem: Richardū qui puer decessit: Guillelmum qui patri in Regnum Anglię successit: cognomento Rufum: Henricum qui Anglię Rex & Normannię Dux fuit: post Vuillelmum fratrem: Cęciliam quæ Cadomi Abbatissa fuit: Gertrudem quam in uxorem duxit, Balduinus Bulionus Lotharingię Dux & Solymorum Rex: Constantiam uxorem Alani Comitiss Britannię, Flesouam

Elisquam quæ desponsata fuit Haraldo Principi Anglo, sed cum matrimonium non contra-
heretur, nupsit Stephano Comiti Carnutenfi: Alexiam quam duxit Stephanus Comes Bo-
loniensis, cuius filius Stephanus Regnū Angliæ & Normanniam obtinuit post Regem Hen-
ricum I. mortuus est Vuillelmus Anno Christi 1093. eius sepulcro insculpti sunt hi versus.

*Qui rexit rigidos Northmannos atque Britannos,
Audaçter vicit fortiter obtinuit.*

Et Cenomanenses virtute coercuit enses.

Imperij q̄ sui legibus applicuit.

Rex magnus parua iacet, hic Guillelmus in urna,

Sufficit & magno parua domus domino.

Ter septem gradibus se voluerat, atque duobus,

Virginis in gremio Phæbus, & hic obit.

ROBERTVS eius nominis secundus, patri in Ducatum Normanniæ successit cogno-
mentum brevis coxa vulgo courte cuisse habuit, quod statura brevis esset: successione reg-
ni Angliæ eum fraudauit Vuillelmus cognomento rufus frater, quare in terrā sanctam pro-
fectus est, inde reuersus hereditatem à fratre Henrico Angliæ Rege petijt, sed captus ab eo.
& oculis priuatus, in carcere obiit: in vxorem duxit Rogerij Ducis Apuliæ filiam, quæ ei
peperit Vuillelmum, qui patri in ducatum Normanniæ successit

VUILLELMVS aliquantulum temporis Normanniæ præfuit, qua eum spoliavit Henri-
cus patruus Angliæ Rex, qui patri Angliæ regnum (quod ei tanquam ante eum genito de-
beatur) præripuerat.

HENRICVS Ducatu Normanniæ quo nepotē spoliarat potitus est, Rex quoque Angliæ fuit:
duxit in primam vxorem Mathildem Regis Scotiæ filiam, in secundam autem Alexiā Go-
defredi vulgo dicti plantagenetæ familiæ Andegauensis filiam, quæ ei peperit Vuillelmum
qui cum Richardo fratre notho submersus est, mare transmittens Galliam petens, vbi Vuil-
lelmus sibi desponsauerat Comitissam Cenomanorum, Fulconis Comitis Andegauensis fi-
liam, quæ se vestalem fecit Fonteuerauti, vbi & Abbatissa fuit: Mathildem quæ primum nu-
psit Imperatori Henrico quinto, deinde Godefredo Comiti Andegauensi.

HENRICVS Mathildis filius, matre adhuc in viuis agente cum Stephano Comite Bolo-
niensi Stephani filio (quæ is ex Alexia Regis Angliæ Vuillelmi Cōquestoris filia genuerat q̄
post decessum Regis Henrici I. Angliam & Normanniam occuparat) diu contendit, bellūq̄
cum eo gessit, tandemq̄ cum eo paciscitur, vt Stephanus dum viueret Angliam possideret,
Normanniam obtineret Henricus, quem Rex Stephanus in filium adoptauit, quod nulli ei
liberi essent ex Mathilde vxore, nepte Godefredi Buillonæ Regis Hierosolymorum: Rex
Henricus comodum pluris faciens quam pudicicie famā in vxorem duxit Eleonoram Vuil-
lelmi Ducis Aquitaniæ & Pictonum Comitissam quam Rex Francorum Ludouicus septi-
mus iunior dictus repudiauerat, itaque iure vxorio obtinuit Aquitaniam & Pictones, pater
no verò Andegauorum, Turonum & Cenomanorū Comitatus, materno autem Angliæ reg-
num & Normanniam habuit, Hiberniam quoque sibi quæsiuit: Eleonora eius vxor ei peperit
Henricum qui Normanniæ Dux fuit: Richardum, qui post Henricum patrem Rex Angliæ
fuit: Godefredum, qui in vxorem duxit Constanciam Conani Richemontij Comitissam,
quæ ei peperit Arthurum & Eleonoram: Ioannem qui Richardo fratri successit: Eleonorā,
quam in vxorem duxit Alfonsus Castiliæ Rex, qui ex ea genuit Blancham Regis Francorum
Ludouici noni matrem: N. quæ nupsit Imp. Constantino: N. vxorem Saxonie Du-
cis, Ioanā vxorē Raimūdi Comitissam Tholose, quæ antea nupta fuerat Guillelmo Siciliæ Regi.

HENRICVS tertius à patre Ducatu Normanniæ donatus fuit, cum in vxorem duceret
Margaretam Regis Francorum Ludouici iunioris filiam, ex qua nullos liberos tulit, mor-
tuus Anno Christi 1182. sepultus Rothomagi.

RICHARDVS Henrico fratri successit, in Ducatu Normanniæ, patri vero in regnum
Angliæ, cor Leonis dictus fuit, ob excellentes virtutes, expeditionem Hierosolymitanam
cum Rege Francorum Philippo Augusto fecit: in reditu ab Austriæ Duce Leopoldo captus,
liberatus tandē in Angliam redijt: inde in Normanniā transmisit, quam Rex Philippus Au-
gustus ipso absente inuaserat, vbi cum Franco belligeratur, tandemq̄ cum eo paciscitur: in
vxorem habuit Berengariam Garstæ Regis Nauarræ filiā, mortuus est Richardus Rex ex vul-
nere ante Callacum accepto A. Christi 1200. nullos post se relinquens liberos. Ioan-

IOANNES Richardo fratri successit, qui Arthurus Ioannis ex Gaufrido fratre nepos, Andegavos Cenomanos & Turones eripuit, Mirebellum oppidum obsidens, Ioanes ex improviso superueniens, ipsum cepit, Rothomagum abduxit occiditque, quod egre ferens Arthurum mater, Regem Ioannem parricidij accusauit apud Regem Francorum Philippum Augustum, cumque in iudicium vocatus non comparuisset causa cecidit, ac proprietatem omnium locorum quæ, ut beneficiarius regni Francici tenebat amisisse Parisium Franciæ sententia decretum fuit, quæ ob causam Rex Francorum Normanniam occupauit & filio Ludouico octauo reliquit, hic autem filio Regi Ludouico nono cognomento diuo, cum quo Henricus Rex Angliæ Regis Ioannis filius pactus est, ut Anglus in perpetuum cederet Normanniam (quam Rollonem ab initio Franciæ regibus ademisse & eos iure recepisse dicebat) cum Andegauenibus & Cenomanis, & ille Anglo adnumeraret 150. millia aureorum Anglus Aquitania contentus esset, quam à Septentrione Charanta fluuius, à meridie Pyrenæi terminarent: Ioannes Rex postquam diuortium fecisset, cum Anisia Roberti Comitis Glocestriæ filia quod eum tertio consanguinitatis gradu contingeret, in uxorem duxit Isabellam Comitis Angolismensis filiam unicam, quam pater Hugoni Marchiæ Comiti desponderat, Isabella Ioanni peperit Henricum, qui patri in regnum Angliæ successit, Ricardum, Ioannam uxorem Alexandri Scotiæ Regis, Isabellam quæ nupsit Imp. Friderico secundo, Eleonoram quam in uxorem duxit Vuilhelmus Glocestriæ Comes: postquam Normannia Regi Ioanni erepta fuit in potestate Regum Franciæ permansit donec Rex Philippus Valesius eam Ioanni filio donauit.

IOANNES Normanniæ Ducatum ex patris Regis Philippi Valesij donatione obtinuit seque; Ducem Normandiæ inscripsit quamdiu pater vixit, sed Eduardus Angliæ Rex eius nominis tertius (qui mortuo Carolo Pulchro Francorum Rege, quod Isabella Regis Franciæ Philippi pulchri filia Regis Caroli pulchri sorore natus esset, se Regem Franciæ inscribebat) Normanniam inuasit, & eius maiorem partem cepit, varieque belligeratum fuit, donec rex Ioannes prælio decertans cum Eduardo Principe walliæ, Regis Edouardi filio, cum Philippo filio, qui Audax dictus est in eius potestate venit: per condiciones pacis inter Reges Franciæ & Angliæ, Normannia Francis mansit, Rex Ioannes in uxorem habuit Bonam Regis Bœmiæ Ioannis filiam, quæ ei peperit Carolum, qui patri successit, Ludouicum Ducem Andegauenem, Ioannem Ducem Biturigum, Philippum Ducem primo Turonum deinde Burgundiæ, Mariam Regis Nauarræ, Bonam Ducis Barri, Isabellam Ducis Mediolanensis uxores, & Ioannam quæ vestalis fuit Poisiaci.

CAROLVS ex donatione patris Normanniam habuit, post eius mortem Rex Francorum fuit, eius nominis quintus, in uxorem duxit Ioannam, ducis Borboniæ filiam, quæ ei peperit Carolum, qui patri successit, & Ludouicum Ducem Aurelianensem, quem Ioannes Burgundiæ Dux perficarios occidi curauit.

CAROLVS patri successit, in Franciæ regnum & in Ducatum Normanniæ, quam ei Rex Angliæ Henricus V. eripuit, is postea Catharinam Regis Caroli filiam in uxorem duxit, eius matrimonij tabulis cautum fuit, ut dum Rex Carolus viueret, ipse Henricus regnum Franciæ gubernaret, post Regis Caroli mortem ipse id obtineret, & si prior moreretur eius filio natu maiori ex Catharina genito, id cederet: Carolus autem Delphinus Viennensis Regis Caroli filius, patriæ hostis iudicatus, quod Ioannem Burgundiæ Ducem sub specie colloqui euocatum Monasterioli (vulgo *Môtereau oufant yône*) occidi curasset, Rex Carolus in uxorem habuit Isabellam Stephani Bauari filiam, quæ ei peperit aliquot filios, quorum nullus patri superstes fuit, præter Carolum, qui patri successit & aliquot filias.

CAROLVS patre defuncto se Francorum Regem inscripsit, nulla habita ratione sponsalitorum, inter sororem Catharinam & Regem Angliæ Henricum: ab Anglis per ludibrium Rex Biturigum dicebatur, quod nihil fere aliud in Francia possideret, ab Ioanna, Jacobi Aeri & Isabellæ Velturiæ filia nata Damprini ad Mosam, sexum virilem simulante, per vias ab hoste infestas, Rhemos ductus fuit, & ibidem Regno inauguratus: Normanniam Anglis eripuit, eosque omni Francia exegit: in uxorem habuit Mariam Ludouici Andium Ducis & Regis Siciliæ filiam quæ ei peperit Ludouicum, qui patri successit, & Carolum qui Biturigum, deinde Normanniæ Dux fuit, & aliquot filias.

LVDOVICVS vndecimus patri in regnum Franciæ & Normanniam successit, quam Carolo fratri concessit vel inuitus à Proceribus, qui contra eum boni publici prætextu conspirauerant coactus.

CAROLVS Normanniæ Ducatum non diu tenuit, Rex enim Ludouicus frater, eam ei eripuit, & eius loco Aquitaniam concessit: desponderat sibi Ioannam Regis Castiliæ Henrici quart. filiam, verum sponsalitorum tempore, veneno ab Abbate iussu Regis fratris ipsi propinato, An. Christi 1472. extinctus est, & deinde Normannia in Franciæ Regum potestate mansit, nec Regionum filiorum alicui data est.

PICARDIA VVLGO PICARDIE.



NOMEN Picardię non admodum vetustum est, nec tamen aliquis eius appellationis certam rationem reddit: attamen absq; causa id ei inditum esse existimandum non est, Episcopus Auracensis Robertus cenalis, scribit eos qui nostro æuo Picardi dicuntur veros esse Gallos, qui postea Picardorum sortiti sunt appellationem: nec se scire dicit num à Begardis hoc nomen sint mutuati, Belleforestius autem huius prouincię incolas Picardos dictos esse asserit, antequam Begardi in rerum natura essent, & quam illius sectę vlla esset mentio. Hęc Prouincia vt se latè extendit, ita etiam incolis tam frequens est, quam vlla alia Gallię, interq; fertiliores totius Orbis vniuersi censenda est, horrenmq; Lutetię Parisiorum dicitur.

AMBIANVM vulgo *Amiens*. Belleforestius hanc ciuitatē Ambianum vel Ambiaquensem dictam putat, tanquam aquis cinctam, quod cum eius situ conuenit; aquis enim fluuij vulgo Somme dicti ambitur, munitioribusq; totius Gallię adnumeranda est: fossis enim pulchris vallata, pro muro clauēq; huius Prouincię habetur. incolę multis privilegijs clarent, à præsidio extero subsidijsq; immunes sunt semetipsos etenim defendunt quam optime, nec exterorum auxilio illis opus est, probitate fidelitateq; insignes sunt, qua re non aliud tutius est præsidium, magnanimirate præstant. eaq; omnes stipendiarios milites antecellunt. ipsa Ciuitas tam hominum industria, quam natura, munita est, vt vel pauci numero mediocribus inimicorum copijs possint resistere. Episcopalis est sedes: Belleforestiusq; nominat 63. eius Episcopos, quorum vltimo nomen est Iohannes Crequius.


SVESSIO vulgo *soissons*. Ptolomeus eam appellat Augustam Vessonum. Cęsaris tempore Regni titulo illustris erat, & postquam Romani Gallias subiugarant Prętorum qui eorum nomine Belgio præerant sedes fuit. Rex Francorum Clodoueus ipsam eripuit Siagrijo Gilonis Romani Prętoris filio, qui Romani Imperatoris vices obibat, & post mortem Clodouei, eius filij Regię ciuitatis decus ei tribuerunt. Cum Caroloman- & Carolus qui à rerum gestarum magnitudine, magni cognomen adeptus est, inter se paternas hæreditates sortirentur, Hęc Ciuitas caput regni facta est: postea autem Comitatus titulus ei fuit attributus, quo adhuc insignitus est Carolus Borbonius, Ludouici Principis Condei filius. Episcopi quoq; sede claret & 79, Episcopos cum Mathio Parisino numerat Belleforestius.

LAVDVNVM vulgo *Laon*. Ciuitatem à Matrobio Prętore conditam dicit Papius massonius in suis annalibus: summo in colle sita est: sedes Regis fuit. eam Carolus Lotharingie Dux Regis Francorum Ludouici stirpis Carlouingię vltimi patruus cępit, se Francici Regni corona & debita successione exutum videns ab Hugone capeto. Archiepiscuales huius ciuitatis se duces & Regni Francici pares scribunt. Belleforestius eorum 73. nomina recenset, quorum vltimus Iohannes Burserius.

NOVIODVNVM vulgo *Noyon*. ciuitas antiquitatis notas non vulgares ostendit: Cęsar enim scribit se eam Belgis eripuisse, castraq; ad eam posuisse Sedes Regia fuit Caroli Magni tempore, nunc Episcopali sede nitet: eius Episcopus se Comitem Nouiodunensem & Francię Parem scribit. 83 eius Episcopos recenset Belleforestius quorum postremus Iohannes Hangestus Senlisij dynastię filius.

COMPENDIUM vulgo *Compiègne*. Oppidum aliquibus Careopolis dicitur, eo quod Rex Carolus caluus eius pomeria ampliauerit muniueritq;. is Rex Carolus con-

PICARDIE V.V.I.G.O. PICARDIE



uentum Statuum regni Francici in hoc oppido habuit Conciliumq; nationale praelatorum Ecclesie Gallicane celebrauit, in quo de eius ministrorum reformatione actum fuit.

G V I S I A vulgo *Guise*. Oppidum est & insignis munitio vetusq; patrimonium fratrum primo geniti Lotharinge Ducis.

P E R O N A vulgo *Perone* oppidum est clauisq; Francie ab eo latere vbi situm, in eo olim Heribertus Veromandoru Comes captiuu detinuit Francoru Regem Carolum qui simplex dicitur: de qua captiuitate sequentia scribit Papius Massonus libro Annalium secundo Carolus trans Mosam in regno Lotharij tunc erat, priusquam Rodolphus Rex pronunciaretur, callido consilio Heribertus Comes Bernardum Siluaneensium Comitem consobrinum suum cum alijs legatis fraudem ignorantibus, ad Carolum misit, plurimum rogans, vt in citeriorem Galliam ad suos rediret omniumq; iniuriarum obliuisceretur. Accepto ab eis iureiurando cum paucis ad Heribertum venit, susceptusq; ab eo humaniter in Veromanduis apud Quintini oppidum quasi pristinum honorem recuperaturus: at infidus cliens remissis in Lotharingiam regijs ministris, dominum captiuum habuit, eumq; ad Matronam flumen deduci curauit, vbi sub arcta custodia diu detentus est in castro Theodorici, inde ad diui Quintini municipium vbi Augusta Veromandorum antiquitus fuit, inde Augam maritimum castellum ad Vilielmum filium Rollo nis Principis Normannorum, is Carolo se commisit fœdusq; cum Heriberto iniit, ipse Rollo Odonem Heriberti filium obsidem detinuit vsque ad annum nongentesimum vicesimum octauum: nec prius dimissus est, quam Heribertus cum alijs quibusdam Comitibus & Episcopis Carolo se commisisset. Iohannes Pontifex Maximus audito infortunati Regis casu, Heriberto mandauerat, vt illum pristinae libertati atque honori restituendum curaret, horrendas deuotiones minatus, si audiens dicto non foret. Heribertus rescripsit se omnino id agere, vt pristino honori libertatiq; restitueretur, & si aliud in animo habebat, Hugo verò sororius Rodulphi & Heriberti inter eos, quasi arbiter peruicit tandem vt simultates deponerent: statimq; Carolus in custodiam ab Heriberto reductus est, in qua fuit vsq; ad annum nongentesimum vicesimum nonum quo tempore Regu miserimus Perone in vinculis decessit conditusq; est in æde Fursei, vbi tumulus eius lilijs aspersus, hodie quoque visitur. de genere mortis Heriberti Comitis scribit Massonus libro tertio Annalium. Heribertus Comes fœliciter domi suæ mortuus est. ac ne quis fabulæ de eo fictæ locus sit ipsa Frodoardi verba describam. Ad annum nongentesimum quadragesimum tertium, Heribertus Comes obiit quem sepelierunt apud sanctu Quintinum filij ipsius. Hec ille de Heriberto sibi nimium cognito, trienio enim ante obitum, coniectus ab illo in carcerem Frodoardus fuerat.

C O R B E I A, Roye, & Mondidierum oppidorum preuilegijs gaudent, clauiumq; Regni vicesunt à latere vbi sita.

N E L L A oppidi quoque preuilegijs lætatur. hinc multi excellentes & omni laudum genere digni viri orti sunt, eius oppidi dynastæ, fœdere coniugali iuncti fuerunt familie Courtenæ quæ originem traxit à primo genito Francie: clauis quod dicitur siue præcipuum propugnaculum est Francie ijs finibus.

7

VEROMANDVORVM CO-
MITATVS, VVLGO LA COMTE
de Vermandois.



Vius Prouinciæ populi veteribus dicti sunt Veromanduſ Cæſar libro ſecundo belli gallici ſcribit Veromandos cum reliquis Belgis contra ipſum conſpiraffe conſtituiſſeſq; Romanos Gallia eiſcere. additq; Velocaffes & Veromandos inſtruiſſe ſuiſq; ſumptibus aluiſſe militum millia decem. poſtea ſubiungit Atrebates & Veromãduos, qui ſe Neruijs coniuſxerant expectaſſe Romanos, vt cum eis prælio decerta- rent. Romani hanc prouinciã cœperunt ſubactis indigenis Gallis. VVandali, qui in Gallias penetrarant cum Burgundio- nibus hanc Prouinciã excidio tradiderunt. Comitatus ti- tulo ornata erat hæc Prouincia, ætate Regis Caroli ſimplicis qui nimis ſimplex fuit cum Heriberto Veromanduorum Comitibus (cuius parentes Regno Francico inſidiabantur) poteſtati ſe tradidit: ab eo enim captiuus detentus fuit, donec moreretur Peronæ vbi & conditus in æde Furſei. Papius Maſſonus in ſuis Annalibus de hoc Comitatu ſcribit ſequentia. Philippus Flandriæ Comes apud Regem Ludouicum ſextum, Regis Philippi Auguſti patrem, gratia floruerat, ac diu in poſſeſſione Veroman- duorum fuerat, vt præfecturam illam ſui iuris eſſe diceret: Rex Philippus contra vrbes, Caſtella, vicos Veromanduorum iure hæreditario, ſua eſſe prædicabat: itaq; habito Com- pendij Procerum conuentu bellum in Comitem eſt decretum, niſi quam primum poſ- ſeſſione decederet: iamq; exercitus Ambianum peruenerat, cum ille viribus impar VVilielmum Archiepiſcopum Rhemorum, Regis auunculũ, & Theobaldum Bleſenſem Francia Senefcallum rogauit vt pacem impetrarent: pax ea conditione data eſt, vt Vero- manduorum poſſeſſione decederet, ac Regia liberalitate vſuſuctum haberet in Quin- tini & Peronæ oppidis iſq; vſuſuctus eius morte finiretur hoc pactum incidit in annum 1184. hucſq; Maſſonus.

SANCTI Quintini fanum, vulgari idiomate *Sant Quentin* dicitur: nomen ade- ptum eſt à Sancto Quintino, qui in eo martyrium paſſus eſt, huius Comitatus prima- rium, vnicumq; eſt oppidum: quondam Auguſta Veromanduorum dictũ fuit: & Cæſar eius facit mentionẽ. aliqui longe à vero aberrantes Luxemburgum ducatus Luxembur- genſis metropolim Auguſtam fuiſſe contẽdunt, cuius Cæſar mentionem facit: ſed horũ opinio facile refellitur. q̄ illud oppidum longe itinere à Prouincia Veromãduorũ diffi- tum ſit. alij multo longius aberrantes Auguſtam de qua Cæſar ſcribit Nouiodunum eſſe contendunt: ipſe enim Nouiodunum proprio nomine indiget, vbi ſcribit de prælio cum Belgis commiſſo & eorũ fuga: poſtero die antequam ſe hoſtes recolligere & ex fu- ga conuenire poſſent, copias duxiſſe in Sueſſionum territorium, qui Rhemenſium vici- ni erant, & cum exercitum circumduxiſſet longum iter emenſus copias Nouiodunum duxiſſe. Sancti Quintini fanum ſedes fuit Comitum Veromanduorum extremaq; paſ- ſum eſt, Anno 1557. quo obſeſſum expugnatumq; fuit à Philippo Rege Hispaniarum, cuius milites Teutones, Hispani, ac Britanni, non minore animorum feritate quam vir- tute, propugnatores inuaſerunt, quorum non amplius DCC. fuiſſe, & fide multorũ & Amiralij Chaſtilionei Caſparus colignij ipſius declaratur excuſatione, quamlibet in- ter militum ordines veriſimile fuerit ciuium aliquam manum, aut in ſtationibus excu- baſſe, aut reſta & Lares ſimul cum præſidio defendere voluiſſe, Sed breuis & horaria fuit illa deſenſio, immo ſtationem pleriq; fere omnes deſeruẽre, præter Dandelotum & Iarna- cem,



cem. qui vsque aliquo vim & impetum Burgundionum fortiter sustinuerunt: Itaque vni-
dique simul irruentibus Burgundis, fit ingens militum ciuiumq; promiscua cædes
Si quibus interim lucis vsuram dedit victor (vt dedit plurimis) hos cæpit, inter quos fuere
Amiralius & Dandelotius, quoſcūq; secundus percallide postea aufugit: vir spectatus pro-
fecto, vt qui tam in tolerando hostiū insultu, ac stationis defensione quam in fugæ euentu,
fortitudinis, iudicij & excelsi animi preclarum specimen edidit: inter captiuos præterea
fuere Iarnaces, Sanremus, Humius, Garda, Cuzius, Mola, & multi alij primi ordinis viri.
paucis ante expugnationem diebus magnum Francorum exercitum Rex Philippus pro-
fligarat qui ipsum obsidione depellere voluerat: eius exercitus ductor erat Magister E-
quitum Mommorancius, ex quo circiter bis mille quingenti occisi sunt: sed in his primo
loco nati Ioan. Anguianus Nauarre Regis frater, Turo procomes, Mag. Eq. nepos: Cæpo-
denarius, Guro, Gallanus, Plenota, Gedotes & alij multi captiuorū autē Principes nomi-
natim erant. Mag. Eq. vna cum duobus liberis, Mompenserius, Longeuillanus Reguli:
Sanctadreanus Marecallus, Ludouicus Mantuani Reguli frater, Vaseus, Gortonates,
Cenomanus & Rhenanus Regulus Teuthonicorum militum Tribunus, sodales Rega-
les, cuncti equestri dignitate à Rege honorati: præterea Rupeſo calcius, Aubigninus Me-
rueus, Birones duo, Mombrunius, Sancteranus & infinita pene nobillitas. Apparatu bel-
li vniuerso, munitione, tormentis & impedimentis victor potitus, signa militaria ad vnū
omnia ex hoste cæpit, deniq; opima spolia reportauit quæ de expugnatione Sancti Quin-
tini & prælio antequam expugnaretur Francis aduerso dicta sunt, ex Ludouici Guicciar-
dini Commentariorum rerum memorabilium libro tertio desumimus. Sancti Quintini
oppidum per pacem inter Reges Philippum Hispaniarum & Henricum secundum Fran-
corum, anno in sequuto facta, eidem Regi Henrico restitutum fuit.

HANVM & Casteletum duo exigua huius Comitatus oppidula sunt, ea in manus
Regis Philippi venerant, cum Sancti Quintini Fanum obsideretur, sed cum eodem red-
dita fuere, Regi Henrico,

HUGO Regis Francorum Henrici primi filius Veromanduorum Comes fuit du-
cta in Vxorem Alexia Heriberti postremi suæ familiæ Comitum Veromanduorum filia &
herede, quæ ei peperit Rudolphum Seniore, Simonem, Episcopum Nouiodunensem,
Auantinum Calmontis in VVeegrino agro dominum (quo natus est Hugo Calmontensis
Franciæ Connestabilis) & tres filias Mechildem vxorem Hugonis Bangoncij. Elisabe-
tham quæ nupsit primo Roberto Meulanensi Comiti deinde Guilielmo VVaramo Co-
miti Surix: ex illo mater facta Roberti Glocestriæ Comitum in Anglia N quæ nupsit Bo-
nifacio Marchioni Italiæ.

RUDOLPHVS Senior Comes Veromanduorum Senescallus Angliæ coniuge
Eleonora repudiata (qua de causa diris est notatus) duxit Petronellam Guilielmi Picta-
uiensis Comitum filiam, quæ ei peperit Rudolphum Iuniorem Comitem Veromanduo-
rum qui cœlebs obiit.

ISABELLAM quæ vxor fuit Philippi Alsatiij Flandriæ Comitum sine liberis obiit.

ELEONORAM quæ quatuor ordine viris elocata: Godefriſo Comiti Hannoniæ:
Guilielmo Comiti Niuernensi: Matheo Bononiensi, Philippi Flandri germano, & Ma-
theo Bellomontano, nullis ex se relictis liberis decessit e vita.

BELLOVACORVM REGIO, VVLGO BEAUVOISIS.



TERRITORIUM Bellouacorum Veromanduis vicinum est, proprijque Belgæ sunt hi populi, quos Cæsar Gallorum fortissimi scribit, ipsorum Ciuitas ea est, quæ quondam Belgiû dicta fuit, eius fundamenta Rex Galliarum Belgus iecit, multoque ante tempore vixit, quam Troia ædificata fuit. Sibi ipsis imponunt, qui ipsum tempore Tarquinij prisci, Romanorum Regis vixisse dicunt, negari enim non potest, Belgium vixisse cum Assyriorum regno potiretur Mancaeus, anno à creato mundo 2390. itaque annis centum antequam Roma ædificari cepta fuit: Belgus nomen Galliarum Belgicæ dedit, ciuitatemque Bellouacum muris cinxit. Cæsar in suis Commentarijs mentionem facit belli, quod Bellouaci populo Romano intulerunt, eosque magnam habuisse virtutis opinionem scribit, sed tandem victos se dedisse Romanis: in eorum itaque potestate fuerunt donec Franci transmissis Rheno Gallias occuparunt: diuitiarum huius territorij eiusque finium, argumento est, quod trium aut IV miliarium itinere, circa ciuitatem tam frequentes sunt pagi, sibique vicini, ut nullus ab altero ultra quarta miliarij parte distet: famæ claritatem nactum est hoc territorium, ob linum quod in Bule (vulgo dicto) pago exiguo, ciuitati vicino colitur: id enim Flandri & Hannonij sibi comparant, emuntque indeque texunt, conficiuntque pulchram tenuissimamque telam, quam vndique terra marique venam mittunt. agricolæ huius territorij, tempore Regis Ioannis, mouerunt seditonem, quæ vulgo *Taquerie* dicta fuit, ea petebantur nobiles, quorum multos trucidarunt, ædesque euerterunt, sed hanc seditiosorum turbam, gladio cecidit Franciæ Delfinus Carolus, qui postea Rex fuit, cognomento sapiens, Nauarræ Rex, Dux Borboniæ alijque Principes Regij sanguinis & nobiles, quos non latebat, quoniam ea seditio vergeret, & quanta inde malorum lerna nascitura foret, nisi mature extingueretur. **BELLOVACVM** vulgo *Beauuois*, in adprimè pulchro situ conspicitur, habet enim ab vno latere montes non adeo altos, collesque fertiles, ab altero prata, pastionibus apta, & agros sementi excipiendæ commodos: vina nec aliquid humanis vsibus necessariû ei deest: eius incolæ præsertim femine multis gaudent priuilegijs quibus donatæ sunt à Rege Ludouico XI Anno 1472 quo Carolum Burgundiæ Ducem obfidionem soluere, reque infecta discedere coegerunt, Anno 1018 hæc Ciuitas cum Comitatu Sacrocesaræi vulgo *Sancerre* comutata fuit, quam eius Comes Rogerius Bellouacensis Episcopus, tradidit Eudoni Campaniæ Comiti, pro Comitatu Bellouacensi, quem bonis terris & dominijs Episcopatus iunxit, Episcopus se Franciæ Parem & Comitem scribit Bellouacensem: eorum Belleforestius 84 nominat, quorum vltimus Carolus Borbonius. **CLAREMONTIVM** oppidum, in Comitatus decus euectum est, iureque Apanagij (ut vocant) à Rege Ludouico nono datum Roberto filio.

COMITVM CLAREMONTANORVM

series hæc est.

ROBERTVS Regis Francorum Ludouici noni cognomento sancti filius, Comes Claromontius apud Bellouaces, institutus a patre, in matrimonio habuit beatricem Ioannis Ducis Burgundiæ filiam, quæ à matre Agneta Arcibaldi Borboniorum domini filia, dominiû Borboniæ accepit, ex Roberto & Beatrice nati sunt, Ludouicus cognomèto magnus, Comes Claromontius à Rege Franciæ Philippo VI Valesio I. Borboniæ Dux institutus Ioannes qui patri in Comitatu Clarimontio successit, Petrus Claromontius maximus Lutetiæ Archidiaconus Blanca coniunx Roberti magni Borboniæ & Aruerniæ Comitis, Margrata nupsit Ioanni Flandro Comiti Namurcensi, Maria desponsata quidem Ioanni Marchioni Montisferati, sed monialis facta Pofsiaci **IOANNES** Comes Claremontius, liber Baro Caroli S. Iustini in Campania dominus, florenti ætate defunctus, ex vxore Ioanna sorore germana & herede Comitis Suelsonum genuit Ioannam vxorem Ioannis Comitis Bononiæ & Aruerniæ.

BELMONTIVM oppidum ad fluuium Gise situm est, dominos agnoscit Principes Regiæ stirpis Vindocinensis.



BELLOVACORVM REGIO
Franciā sive de france gallica

m. 4
l. 8
m. 8

PARISIORVM INSVLA, QVÆ
VVLGO LISLE DE FRANCE DICITVR.



PARISIORVM ciuitati insula Franciæ ad Orientem est, comprehenditur inter Sequanam, Matronam, Oisam, & Ainam flumina, vbi est Comitatus Valesius & in eo Crespium, Villeers coste Rez domus Regia, Siluanectum & Compendium, quibus addi potest regio, quæ vulgo *Vexinle francois* dicitur, secundum Oisam, quibus & adiungi possent terræ quæ ab eo latere sunt vsq; ad Picadiæ limites pertingentes, ex Rhemos ciuitatem versus protenduntur.

PARISIORVM ciuitas quondã Lutetia dicta est, vulgari idiomate Paris dicitur: si quispiam cui Paris nomen fuit eam extruxit, non tamẽ is fuit ille Troianus, sed alius natione Gallus, qui plus quam 200. annis ante vixit quam mollis ille Priami filius natus est. Paris hic autẽ Gallus, ex stirpe antiqui illius Samothei prognatus erat, temporeq; Nohe Patriarche Gallos politiam docuit, ipsoq; ad virtutem honestatemq; instituit. Strabo eam Leucotetiã vocat libro 4. vbi scribit: Secundum fluuiũ Sequanam sunt Parisij, qui vnam insulam possidẽt, & in ea ciuitatem Leucotetiã: insignium magnitudine vrbiũ præcipua recentetur, populoq; adeo frequens est, vt ei nulla alia par, superiorue esse videatur: commode sita est, aërisq; clementia præstat: eius territorium tanta excellit fertilitate, quanta aliud nullum, nam frumenta habet, vinum, lacticia, fœnũ, fructus, herbas, & pecora, aquæ limpidæ grato cum murmure vndiq; fluunt: ager quocunq; tempore aspectum sui lætum præbet, & non minus populo diues est quam ipsa ciuitas. DIONYSII Fanum oppidum, tam pulchro amœnoq; situm est territorio, vt ei par haud facile reperias. Mausolea sepulchrae 32. aut 33. Franciæ Regum in eo sunt inter quæ Regum Ludouici 12. & Francisci primi magnificentia prælucent: ibiq; visitur vas ex Porphyritico lapide, tantæ capacitatis, vt modium aquæ contineat. In Abbatia vas est siue labrum fontis prægrandæ, ex vno solo lapide excauatum: in eius ora sculptæ sunt statuæ paruæ, imagines exhibentes eorum, quos gentes pro Dijs habuerunt. Poissiacũ Arx est, quondam Regibus in delicijs fuit, eoq; Reginæ partum edituræ se conferebant, antequam S. Germani Arx extaret. Poissiaci quoq; Regum liberi educabatur, vt postea Blæsis & Ambaxiæ situm est Poissiacũ ad fluuium Sequanam, in lætissima valle cingiturq; syluis ab vno latere, agris autem sementi excipiendæ comodis ab altero. Rex Ludouicus IX cognomento sanctus, hoc oppidum tanto honore affecit, vt se Ludouicum Poissiacensem inscribere solitus sit, eo quod ibi sacro baptismi lauacro christianis lacris esset initiatus. FANVM Germani, quod vulgo *S. Germain en laye* nuncupatur, vetustum est, sed paucis ab hinc annis innotuit, nempe postquam Reges Arcem in eo struxerunt: eius fundamenta iacta fuere vel potius restaurata, iussu Regis Caroli V. qui sapiens cognominatus fuit, Rex autem Franciscus primus cum venationi esset addictus (cui hoc territorium aptum est) Arcem quæ ruinam minabatur restituit: nulla in Francia domus Regia, hanc superat, paucq; esse videntur, quæ cum ea possint contendere: frequenterq; ad eam pacis tempore Reges conueant. vno à Fano Germani miliari, silua est cædua, fere quereubus consita, ea silua proditiõis vulgari sermone, *le bois de la trahison* dicitur, eius siluæ ramus, si in Sequanam prope fluentem proijciatur, statim fundum petit, ac si lapis, aliaue grauis ponderis materia foret: in siluæ angulo ab eo latere, quod Fanum Germani spectat est mensa lapidea prægrandis, ad quam proditio concepta decretaq; fuit, vnde syluæ nomen inditum, ignoratur tamẽ qualis hæc fuerit proditio, & qui eam tentarint. Castrũ Corbolum vulgo *Corbueil* oppidũ fertili in territorio fluijs irriguo, nempe Sequana & Essonna siue Estãpa: celebre est, bonis piscibus præcipue cancris suauissimis gustu: quondam oppido Comes præfuit. Siluanectũ oppidũ, q; vulgo *Sélis* dicitur: antiquitate suspiciẽdũ, est itaq; latinis dictũ fuit, q; olim in medio siluarũ saltuũq; fuerit: Quamuis autẽ Cæsar, Strabo nec Ptolemæus, huius oppidi nullã faciant mentionẽ, non tamen inde inferri potest recens esse oppidũ, Franci enim qui Gallias primi occuparunt, hanc Regionem inter præcipuas posuere: Sedes est Bailliui, Episcopo etiam sedem præstat, quorum LXXIII. Belleforestius nominat, quorum postremo nomen est Renato rouliero.

CAMPANIA ET BRIA, VVL

GO CHAMPAIGNE ET BRIE.



OMINA vernacula *Champenois* & *Briois* recentia sunt, nihilq; libris antiquis de illis memoriae mandatum est, ijsq; temporibus populis nomina dabantur à Ciuitatibus præcipuis: *Tricasisij* dicti sunt à *Trecarum* ciuitate, *Rhemenses* à *Rhemis* ciuitate, *Meldenses* à *Meldis* ciuitate & sic de alijs.

CAMPANIA vulgo dicta fuit *Champaigne* quod plana sit: *Bria*, id nomen inditum à gallico *Abrij*, quod proprie id significat, quod venatores suo loquendi modo, dicunt locum quo venti vis non perflat, id opponentes campis apertis: verbum *abrij* adhuc frequenter in vfu est & vulgari phrasi dicitur *semettre a labrij*, nomen *Bria* regioni optime conuenit, non ob id solum quod inter flumina *Sequanam* & *Matronam* sita sit, arboribusq; consita, sub quibus grata aura, omni tempore perpetuoq; captari possit, sed quod semper syluis saltibusq; impedita fuerit, quorum maior pars excisa reuulsaq; est per *Normannos*, qui ante aliquot annos eam bellorum iniuria incolis viduatam, susceperunt incolendam. plana regio est *Campania* sementiq; excipiendæ apta, *Bria* autem, quamuis quondam, & adhuc syluis sit obsita, id tamen nihil eius fertilitati detrahit, cuius palmam inuita *Câpaniæ* cedere velit, cœlo enim letatur sereno, aère dulci temperatoq;: fluminibus irrigatur magnis sanis, fertilibus: *Populus* admodum industrius est & vigilans, remq; familiarè probe curans. Nobilitas autem generosa, humana, strenua, magnoq; numero in ea est. Ciuitates lautæ sunt, pagi populo referti: in summa nihil huic *Prouinciæ* deest, quod ad humanæ vitæ vsum sit necessarium: nempe frumenta, vina pecudes, fruges, syluæ: venatio, aucupium, piscatio, in ea tam abundant, quam alia vlla *Franciæ* prouincia. Comitatus titulo hæc *Prouincia* insignita est quo tanquam hereditario præfuit *Eudo* nepos *Gerlonis* *Normanni* ex *Theobaldo* filio: *Gerlo* *Rodolphum* siue *Rollonem* *Normannum* (cui *Rex Carolus* cognomento simplex *Neustriam* quæ postea *Normannia* dicta est concessit) in *Galliam* comitatus erat, regionemq; *Blessianam* obtinuerat, *Eudoni* ordine successere, *Stephanus*, *Theobaldus*, *Henrici* primus & secundus, hic herede regni *Hierosolymitani* in vxorem ducta, *Hierosolymorum* *Rex* fuit: eo defuncto nulla post se relicta prole mascula, successit *Theobaldus* frater, qui se *Comitem Palatinum Câpaniæ* inscripsit, genuitq; *Theobaldum* tertium, qui regnū *Nauarre* adeptus est morte aui materni: itaq; *Nauarre* regnū *Câpaniæ* Comitatus inde coniunctū fuit: ei successit *Theobaldus* filius, qui cælebs obiit: quare tã *Regnū* *Nauarre*, quam *Campaniæ* Comitatus obtinuit eius frater *Henricus*, qui post se reliquit filiam *Ioannam*, quæ *Regi* *Francorum* *Philippo* pulchro nupsit: Hinc *Campania* & *Bria* *Coronæ* regni *Francici* vnitæ fuerunt nec postea ab ea vnquam diuisæ sunt.


CIVITATES ET OPPIDA IN IIS SVNT.

RHEMORVM Ciuitas, vulgo *Rheims*, antiquis dicta fuit *Durocortum*: inter magnas & præclaras *Galliæ* ciuitates locum tuetur: vicinorum ei populorum *Principatum* gessit fundata est multis seculis antequam *vi* bis *Rome* fundamenta iacerentur, initium nomenq; habet, à *Remo* *Celtarum* Rege, secundum *Manethonem*. *Archiepiscopi* sede fulget qui totius *Ecclesiæ* *Gallicanæ* *Primas* est, & in ea ciuitate *Coronam* *Galliæ* *Regi* imponit *Belleforestius* nomina recenset *XXC*. *Archiepiscoporum* *Rhemensium*, quorum vltimus est *Carolus* *Cardinalis* *Lotharingus*.

TRECE vulgo *Troie* Ciuitas, eius *Poli* latitudo est *XLVII*, graduum aliquotque minorum nostrum *Polum* *Arcticum* versus, inter maiores & ampliores huius *Regni* ciuitates recensetur. *Belleforestius* numerat *XXCIII*. nomina *Episcoporum* qui ei præfuerunt.

CASTELLVM *Theodorici*, vulgo *ChasteauThierri*. oppidum *Metropolis* est regionis *Briæ* *Bailliatus* *Præsidiali*q; sede ornatum.

AGENDICVM vulgo *Prouins* oppidum, rosis rubris suaue olentibus, conditis & dulciarijs, quæ ex ijs altius mensibus fiunt ita excellit, vt toti *Franciæ* illius nomen celebre sit.



CATALAVNUM vulgo *Chaalon*, ciuitas est: ad hanc non autem in Languedocia à Romanis (quibus coniuncti erant Gothi, & Francorum Rex Meroueus) acerrimo prælio superatus fuit, ille Hunnorum Rex Attila flagellum Dei dictus. Episcopalis est ciuitas eiusque Episcopus se Comitem & Franciæ Parem inscribit.

LAINVILLA oppidum, à hominū patre Iano dictum, familiæ Guisæ est Apanagium vt vocant. In eo est tumulus Claudij Ducis Guisæ, qui inter præcipua & præclara totius Galliæ opera recensetur. euectum est hoc oppidum in Principatus fastigium tempore, Regis Henrici secundi: ab eo dependent Baronatus vulgo dicti *de Saillij*, alięq; Arces, vici Paigique.

VASSI oppidum est, ditionis gentis Guisæ: non longe ab eo genus terre est, ex qua fit, coquiturq; Bolus Armenus.

MONASTERIOLVM, vulgo *Montereau-ou faut-Yonne* oppidum fama cognitum est, quod in eo occisus fuerit, Ioannes intrepidus Burgundiæ Dux, pater Philippi boni iubente, Carolo Delphino Franciæ, qui postea Rex fuit eius nominis septimus.

BLANDIVM Arx est munita, pulchro amœnoq; situ, ob id eam pio voluptaria domo habent Longeuillæ Duces, quibus paret.

MELDE, vulgo *Meaux*, ab aquis dictum est, longe pulchrum habet prospectum: sede Episcopali clarum est. Belleforestius nominat C. I. eius Episcopos quorum est vltimus Ludouicus Bressus.

MONCEAUX Arx Regalis est, fastuosis operibus ornata per Reginam Franciæ Catharinam Medicam.

LAINYVM oppidum est vetustate insigne, cuius rei fidem faciunt ædificia & præcipue Abbatia in vertice montis. ad oppidi orientalem partem Fôs est pulchretudinis eximie, & quo vix alius in hac regione venustior inueniri potest.

S. DESIDERII oppidum Carolus quintus Imperator obsedit, deditioeq; obtinuit, sed pacta pace, Galliæ Regi redditum fuit.

MAROLLA & Meina pagi sunt quos possidet Bertrandus fossius.

San-Valerij oppidum cognomini domino paret. Finages elegans Pagus est.

San-Martini Fanum Prioratus est, dependens à San-Lomerio Blesensi.

CELLA Tauuets, Vernon & Valence vici sunt, postremi dominium obtinent primogeniti & capita insigniorum gentis Alegrinæ Parisiensis, qui orti sunt prosopia Cayeuca, in Normannia, & duobus Franciæ Cancellarijs. Nangis oppidum paret domino Beauuæfio. Mommirandelum situm est in ripa fluij.

BARRIVM ad Sequanam, Chastillonium & Mussyum-Episcopi oppida sunt.

PARTHIVM VVLGO PARTHOIS.

HAEC Regio fertilissima est, abundat enim Frugibus leguminibusq; omnis generis: ligua habet, cannabin aliasq; merces. VICTRIACVM vulgo *Vitrij*, à Legionem Romana Victrice dictū, oppidum est: sedem Pailliuo præstat cuius iurisdictio ad XXXV. aut XL miliaria in quadratum extenditur: initium sumit ad San-Desiderij oppidum ad Matronā, Meridiem versus extenditur ad oppidum *Nogēt-lartaut* vsq; à Septentrione conterminus est Ducatui Luxemburgensi: Occidentalior eius pars Briæ se iungit.

BASSIGNIVM VVLGO BASSIGNI.

HAEC Regio sita est in extremitate limitum Comitatus Campaniæ, cincta est fluminibus Matrona & Mosa exiguaq; parte Mosellæ: Comitatus Campaniæ vnita fuit hæc Regio, vnaquaq; cum ea Coronæ Franciæ accessit: Gubernatores Briæ & Campaniæ, & huic Regioni præfunt.

Chaumontium, Arx est antiquitate celebris, in rupe sita: præaltis muris cincta, turribus fossisq; munita est: ad Occidentalem eius partem Turris vulgari lingua *Le donyon & la haute sveille* dicta visitur: ea quondam *sedes* fuit Palaciumq; Comitum Campaniæ: nullus hanc Arcem fluius alluit, neque aqua ei suppetit, præter eam quam Cisternæ præbent, & Fons qui ad pedem Turris est: Ciues negotiantur panno linoq; textoresq; pannorum primum inter mercatores locum obtinent, qui hic opulenti prædiuitesq; sunt. Arcis territorium fertile est admodum, abundansque: agricolatum labor autem industriaq; id multo fructuosius reddunt.

CENOMANORVM PRO-¹⁰ VINCIA, VVLGO

Le Mans.



PROVINCIA Cenomanorum inter primas Galliae habitari coepit. Olim eius limites longius se extenderunt, quam nunc protenduntur, idque facile colligi potest ex ijs, quae Liuius, Polibius & Iustinus, de irruptione Cenomanorum in Italiam literis mandarunt: nec inficiari quis posset, ipsorum vires collectas fuisse, ex Andegauensibus, & Turonensibus, sicut & sub Boiorum nomine ipsorum vicini comprehendebantur. Cenomanorum autem antiquitas inde elucescit, quod cum Romani adhuc in cunis essent, ipsi in Italiam irruerunt, sedesque in eius parte fixerunt, quae Gallia Traspadana dicta fuit, nunc Lombardia, in eaque multas Ciuitates aedificauerunt, inter quas fuere Bergomum & Brixia: Tuscos Hetruscoque, qui fere Italiae Monarchiam obtinebant expulerunt. Olim huius Prouinciae populus a nomine ipsorum urbis Metropolis, Lemani dicebatur, sed cum Senonensibus (qui se ipsis iunxerunt) pacti sunt, ut nomina amborum populorum unirentur, Senomanique dicerentur, a Romanis sicut & alij Galliae populi subiugati fuere Cenomani, sub eorumque imperio mansere, donec Franci Romanos Gallia expulerunt, easque ipsi occupauerunt. Cenomani inter primos fuere qui Christo seruatori nomen dederunt. Tribus magnis fluuijs haec Prouincia irrigatur, nempe Meduana vulgo *Mayenne*. Lido vulgo *Loir*, & *Sartha*: adhuc alijs pluribus exiguis fluuijs & riuulis perluitur qui solum herbosum reddunt, pastioni que pecudum commodum, sed in aestiuo seruore deficiunt, non tamen territorium ab ipsis humefactum intermitit herbarum affatim gignere. Syluae & saltus hanc Prouinciam oruant, idem praestant & Eryceta (quae se longe extendunt) dea venationi pecudibusque; pascendis aptiora sunt, quam sementi excipiendae. Territorij pars vna fertilis est, alia sterilis, incolisque facilius est venaticas carnes, quam panem & vinum apponere, non tamen ijs omnino caret, aliqua enim huius Prouinciae partes tam fertiles sunt, ut eam nec Andegauensis ditio, nec Turonia vini bonitate, frugumque, fertilitate superent. Aliquorum huius Prouinciae locorum sterilitas Cenomanos labori assuefacit sunt industrij, viuidi que spiritus, nec ipsis facile aliquis imponere posset: probi patres familias, eorumque vicinis aliquo modo astutiores, ad omnia idonei quibus se addicunt, unde natum facetum Prouerbiu, Cenomanum valere sesqui Normanno.

COMITES Cenomanorum foedere iuncti fuere Comitibus Andegauensibus, sed Prouincia in duos Comitatus diuisa, Ciuitas *Le Mans*, penes Regem Franciae mansit, urbs autem cum Marchionatu *Mayenne* (nunc in Ducatus decus euecto) est Guisiae gentis.

Le Mans, nomen habet a Lemano Regis Celtarum, Paridis filio, qui Paris territorio Parisiensi nomen dedit. antequam Lemanus hanc Urbem muris sepsit, aedificata fuerat, per Sarthonem Samothei quarti Galliarum Regis filium. Antiqua est sedes Bailliatus & post Henricum secundum, sedes est Praesidialis, pro Regione *Mayenne*, & oppidis vicinis, ad quam appellationes deuoluuntur Curiae Lemanorum, *Chateau du Loir*, *Lauai*, *Beaumont*, *S. Susanne*, *Chateau gontier*, *La Fleche*, *Maine la Iubel*, *Sable*, *Ferte Bernard*.

HAEC Prouincia sub Aquitania comprehensa fuit, Ducibusque Aquitanis paruit, donec inter Reges Francorum Ludouicum nonum (qui sanctus dicitur) & Henricum Angliae tertium eius nominis, pactum fuit ut Anglus in perpetuum cederet Normannia (quam Rollonem Regibus Franciae a principio eripuisse, & se iure recepisse dicebat Ludouicus) Andegauensibus & Cenomanis, & ut Anglo adnumerarentur clo. D. Aureorum millia

millia: Anglus Aquitania contentus esset, quam à Septentrione Carenta fluuius, à Meri-
die, Pyrenæi montes terminarent. Rex Franciæ Ioannes, Andium & Cenomanorum Co-
mitatum Ludouico filio dedit, cuius donationis verba ponit Papius Massonus, libro
„ quarto Annaliũm, quibus res geste Francorum explicantur. Damus & concedimus
„ per præsentẽs, donatione pura & simplici, inter viuos in perpetuum valitura, Ludõ-
„ uico secundo genito nostro ad hereditatem perpetuam, pro se & suis heredibus, &
„ liberis masculis, ex carne sua & libero matrimonio procreatis, & etiam nascituris,
„ Comitatum Andegauix & Cenomanix, saluis & nobis retentis iuribus nostræ Rega-
„ liæ, exceptionibus Ecclesiæ, Fide & Homagio, quæ verba ex ipsis tabulis exscribere
„ placuit, Datis Calesij anno dõ cccclx. quæ in scrinio Regio adhuc visuntur, eamque
„ legem Ioannes primus in familiam suam intulit, & posteri agnoscunt Regno plane
„ vtilem fuisse, eaq; factum, ne opulenti dominatus ad extraneos transferint, feminis
„ successione exclusis, Hucusq; Massonus. Ludouico ordine successere Ludouicus fi-
lius, & alius Ludouicus ex filio Ludouico nepos. Hi tres titulum Regum Neapolitano-
rum gesserunt. Ludouico tertio vita defuncto nullis post se relictis liberis, ei successit Re-
natus frater, quem Regina Neapolitana Ioanna, eius nominis secunda, suum heredem in
Regno Neapolitano & in Comitatu Prouinciæ instituit. Renatus Lotharingiæ Dux quo-
que fuit, ducta in vxorem Isabella Caroli audacis siue bellatoris filia, quæ ei peperit Io-
annem filium, Calabriae Ducem, cui superuixit Renatus pater. Hic Ioannes ex Maria Ca-
roli Ducis Borboniæ filia, genuit Nicolaum Calabriae Ducem & Marchionem Ponten-
sem, qui absq; liberis decessit, auo Renato adhuc superstiti. Renatus nepoti suo Renato
ex Iolanta filia, & Friderico Vadimõtano, iura Regni Neapolitani & Comitatus Prouin-
ciæ resignare noluisse, sed ea Carolo fratri suo, Cenomanorum Comiti, reliquisse fertur;
qui cum etiam paulò post moreretur Ludouicum vndecimum omnium rerum suarũ
heredem instituisse dicitur; licet alij suprema Renati senis voluntate Prouinciam ad Re-
gem rediisse malint, non absq; multa Renati Lotharingici expostulatione.

11

BEELSIA SIVE BELLOSIA

NA, VVLGO BEAVSSE.



OMEN Beelsiæ aut Bellosianæ multi diuerso modo considerant, nec inter se conueniunt, quidquid enim dicunt coniecturis tantum nititur: siccitate & aquarum penuria quamuis Beelsia labore, ipsa tamen fertilitas est, terraq; producendo frumento commoda. Oppida in ea sunt sequetia. Aurelia oppidū est, vulgo Orleans dicitur: si id quis dicat ædificatum à Druidibus (qui totam regionem Carnutensem filius quondam obsitam inhabitauerunt, ob aquæ comoditatem regionisq; amœnitatem) non longe à vero aberraret. Lingua vtuntur Aurelianenses præ reliquis Gallis valde pura. Ducatus titulo est nobilitata & secundo Regis Franciæ filio cedit.

Ducum Aurelianensium series hæc est.

LVDovicvs Regis Caroli quinti, qui sapiens dictus fuit filius, Aureliæ & Turonū Dux, Alenconij & Virtutū comes, ex vxore Valentina, Ioānis Galeacij Vicecomitis Mediolanensis filia. genuit Carolū, qui patri successit, & Ioānē Comitē Engolismensem, quo natus est Carolus Regis Francisci I pater. Carolus Dux Aurelianus, duxit in vxorē Mariā Cliensem quæ ei peperit Ludouicū qui patri successit, & Mariā quæ nupta fuit Ioanni Comiti Foxio Vicecomiti Narbonæ, eiq; peperit Gastonem, qui memorabili prælio ad Rauēnā victor, hostes fugientes persequens, occisus fuit. Ludouicus patri in Ducatū Aurelianensem successit, & post Regē Carolū VIII, Rex Francorū factus, repudiata vxore Ioanna Regis Ludouici XI filia, duxit Annā reginā, Regis Caroli viduā, quæ ei peperit Claudiā, quæ Francisco Comiti Engolismensi (qui post socerū Rex Francorum fuit) nupsit & Renatā quam duxit in vxorem Hercules Estensis Ferrariæ Dux. Carolus Regis Francisci I filius, à patre donatus est Ducatu Aureliæ, veneno extinctus (vt putatur) nullis post se relictis liberis. Ludouicus à Rege Henrico II patre Ducatus Aureliæ titulo decoratus fuit, decessit nondum bimus.

MONTARGIVM oppidum est, in Bailliūatu Aurelianensi: in eius Arce depicta est historia canis venatici, qui heri sui mortem vindicauit occiso eo, qui illi necem intulerat.

VINDOCINVM oppidum nomen quo à Romanis appellatum fuit retinuit, Vendosme Gallis dicitur: Arx Vindocinensis viribus viguit atq; floruit cū Franci Gallias inuaserunt.

Principum Vindocinensium series hæc est.

IOANNES Borbonius Iacobi filius (qui genitus erat Ludouico magno, primo Duce Borboniæ) Comes Carolensis, Marcianus Claromontanus & Pôthieuranus per vxorem Catharinam filiam ac heredem Ioannis Comitis Vindocinensis Castresij, Lufignani, Espernonij & Bratencuriæ factus dictorum oppidorum Comes, genuit ex vxore Catharina, Iacobum Marchiæ Comitem, Ludouicum qui patri successit in Comitatu Vindocinensi, & Ioannem Scluse & Carentij dominum & aliquot filias. Ludouicus post patrem Vindocinensis Comes fuit, ex vxore Ioanna Laualla genuit Ioannem qui in vxorem duxit Isabellam belloio-centensem quibus natus est Franciscus, qui patri successit, genuitq; ex Maria Petri; Lucenburgij Conestabilis Franciæ filia, Carolum quem primum Vindocinensem Ducē creauit Rex Francorum Franciscus primus. Carolus Vindocinensis Dux in vxorem habuit Franciscam Renati Ducis Alenconij filiam viduam Francisci longeuillæ Ducis, quæ ei peperit Antonium qui patri successit, Franciscum Ducem Anguianum, Carolum Cardinalem, Ioannem Anguianum Comitem, & Ludouicum Principem Condeum. Antonius duxit in vxorem Ioannam Albretiam Henrici Regis Nauarre filiam vnicam & heredem, quæ ei peperit Ioannem Principem Nauarraum, qui iuuenis mortuus est. Margaretam, & Henricum qui duxit in vxorem Margaretam Regis Henrici II filiam. BLESÆ antiquum est oppidū, vulgo regalis ciuitas dicitur, quod Reges Francorum ibi sepe versentur, & in ea educari liberos curēt, allecti aëris salubritate: in eo videntur Aqueductus, tanta latitudine & altitudine vt tribus equitibus simul & iunctim equitantibus transitum præbeant.

CARNVTVM vrbs Gallis grecis antibus ita dicta est à nomine Carryos, q̄ nucem significat. Romani Autricum dixerunt vernacule Chartres dicitur: à nomine carcer (quod in ea aut carcere aut alio supplicij genere noxiij plecterentur) ita dicta videri posset, si Galli qui ei nomen imposuerunt, lingua latina vsi essent.

TVRONIA, VVLGO TOVRAINE.



gi obsequens & fidelis.

VRONES sunt ex antiquissimis Gallie populis, semper inter Gallie Principes recensiti. Turonū regio cōmuni prouerbio hortulus Fracie dicitur, regumq; delitiæ appellatur ob voluptatē a mœnitatemq; qua præstat, aër hic suauē spirat serenūsq; est. arborū fructus ex animi sententia proueniunt, ijq; nullis alijs Europe cedunt: Lutetiam Parisiorū vsq; cōportantur, ibiq; præ ceteris sunt in prærio: vini frumentiq; feracissima est, nec nemora ei defunt venationi commoda, neq; ad ædificia quæcūq; construenda, neq; ad ignes instruendos ligna: aquæ ad primè sanæ sunt mercatura in ea viget, populus autem sincerus est, non difficilis vel morosus & suo Re-

OPPIDA IN TVRONIA SVNT HAEC.

TVRONVM vernacule Tours dicitur, ædificatū est oppidum à Gallis præ alijs Gallie ciuitatibus olim excelluit, adeo vt caput multarum nationum fuerit. Casari inter primos Gallorum noti fuerunt Turones. Ptolemæus eos Turegios nominat. ripam Ligeris incolentes: est ex ditissimis Franciæ ciuitatibus, eas diuitias ex fertili territorio consequitur, eiusq; diligenti cura, & quod incole probe rem familiarem curent, addicti mercaturæ sunt nauant operam parende bysso quæ hic tam probe subtiliterq; paratur, quam in Italia.

CHINONVM oppidum est longe ab hinc tempore eius iacta sunt fundamenta, elegas pagus fuit, muniti inde cepit & in pulchrum oppidum euasit: eius territorium valde fertile amœnumq; est, eaq; de causa olim Franciæ Regibus in delicijs fuit, præsertim Regi Carolo VII, eo tempore quo æmuli non alio titulo ipsum dignabantur quàm Ducis Bituricēsis aut Regis Biturigum. LOUVNVM oppidū est quidam hoc Pictauiensī ditioni attribuūt, olim viro nobili paruit: nūc sedes Tribunalis Regij est. AMBAXIA oppidū vernacule Amboise dicitur, sitū est in ripa Ligeris fluij, tam iucundo territorio, vbiq; aër adeo suauiter spirat, vt non facile in Francia simile oppidum reperiat, eaq; de causa Reges ibi sepe degunt. LOCHES oppidum est, vsq; adeo firme munitum, vti ei pauca loca cōparari queant: in Crypta subterranea Arcis illi adiuncte repertū fuit corpus viri stature rare omnium huius seculi magnitudinē superans, nam si consideretur proportio ossium, octo magnos pedes altus: erat grandiq; lapidi insidebat, capite in ambas manus inclinato.

MONSRICHARDI vrbs in egregia planicie sita est quā rupes & sylue cingūt, extra urbē domus subterraneæ sunt, & super eas horti vinetaq; Paulmyū Arx, Vicecomitatus titulo præstat sita est edito loco aereq; in primis salubri: retro ipsum est pulchrū spaciosumq; viuariū, q; muro cingitur, duoq; fere miliaria continet: dominū agnoscit Renatū voyerum Bailliū Turoniæ qui caput est nobilitatis eius Regionis, nobilis ordinarius Cameræ Regis & eiusdem Ordinis Conchyliati Eques.

Principum Turoniæ series hæc est.

Rex Francorum Ioannes qui prælio ad Pictauium ab Anglis captus fuit Philippo filio qui audax dictus fuit, dederat Ducatū Turoniæ sed cū ipse Rex mortē Philippi Ducis Burgūliæ, qui Eudonis Burgūdiæ Ducis ex Philippo filio nepos erat, auctus esset Burgundiæ Ducatu, quod ex Ioāna magna Eudonis Ducis sorore Philippi defuncti amita Rege Philippo prognatus esset, Ducatum Burgundiæ Audaci filio dedit: Ducatum vero Turoniæ recepit, quod ex verbis donationis Ducatus Burgūdiæ constat, cui hæc verba inserta sunt,
 „ per hanc autem concessionem nostram præsentem, Ducatum Turoniæ quem cum suis
 „ pertinentijs, dicto filio nostro alias donauimus, ad manum nostram ponimus & reti-
 „ nemus, ordinaturi de eodem ad nostræ beneplacitum voluntatis.

12

BURGUNDIÆ DUCATUS,

VVLGO LE DVCHE DE
Bourgogne.



ELLEFORESTIVS in suo opere Cosmographico recitat, di-
uerfas & inter se pugnantes scriptorum sententias de origine
& nomine Burgundionum, sequentem cui applaudere vide-
tur his fere verbis adfert. Burgundiones sunt origine Galli, ita
dicti ab ipsorum Burgo Oigne dicto, qui situs fuit inter Luz
& Til castrum, ditionisq; erat Heduorum, qui cum belligera-
rentur cum Sennonensibus, & cum eis ad manus venissent,
fortunaq; ipsis aduersa esset, periculo liberati sunt ab habita-
toribus Burgi d'Oigne quibus pro tanto beneficio, non solum
nihil relatū fuit gratiæ ab Heduis, sed ab ijs deserti prædeq; ex-
positi sunt Sennonensibus, quos pertimescentes Burgundiones (qui eorum in se odium
exitiale norant) suū illum Oigne dictum Burgū Vulcano tradunt. VVandali siue *Wand-
kers* hoc est erronei facti sunt, tandemq; castra ad Vistulam fluium latis Poloniam cam-
pis perlabantem fixerūt, vbi à Gepidis fere ad interniciem cæsi fuere, postea cum in in-
finitum per eū numerum excreuissent Burgundiones, aliasq; gentes nouas sedes querere
perspicerent, Romaniq; tum labentis Imperij inuadere Prouincias, ne ipsi tantum specta-
tores & ociosi viderentur. Gallias petunt, inq; veteres suas sedes remigrant, ijsq; contenti
nihil fere aliud occuparunt, à Francis quoq; qui tunc in Gallias penetrarant, VVandalosq;
suis sedibus expulerant, aggressi non fuere sed Burgundionibus captā prædam reliquerūt.
Septem aut octo annorum spacio, antequam Pharamundus Francorum Rex declaratus
esset, Burgundiones Galliam Belgicam ingressi Prouinciam Sequanorum, (quæ nunc
liberi Burgundiæ Comitatus titulo clara est) & regiones vicinas adepti sunt, inde Ara-
rim, qui nunc Sagona dicitur, transmittentes Heduos, Cabillonenses, Mariscouenses, Ni-
uernenses, Borbonienses, aliaq; vicina loca sub suam potestatem redegerunt & cum non-
dum totos octo annos eas sedes occupassent, nomen Christo seruatori dederunt, quod
accidit anno salutiferi virginis parus 434 cum itaq; iam pedem in Gallia fixissent, ipsi se
tanquam Domini gerere ceperunt, ius Romanum antiquantes, legesq; quas ipsi inter se
cōmunes habebant firmātes quod magnum illū belli ducem AErimum mouit, vt ipsos bel-
lo aggrediretur, prælioq; cū eis decertans victoriam obtinuit ipsorūq; Regem Gunditariū
cepit, sed eum libertati restituit, pacemq; cum eo iniit, ei quæ occupauerat relinquens,
quin & eius sicut & Gothorum Francorumq; auxilio vsus est contra Hunnos insigni stra-
tagemate exteros inter se committens, seseq; mutuo iugulare faciens, Romanos extra Mar-
tis aleam constituens. Hęc de nomine & origine Burgundionum, quod ad ipsorum in Gal-
lia regnum attinet primus ibi Burgundionum Rex fuit Gunditarius, cuius supra facta est
mentio, quem alij Gundioch alij Godencium appellant, qui in prælio contra Hunnos oc-
cubuit anno Christi 450 quatuor post se relinquens liberos masculos, nemp Gundebau-
dum, Gondegesilum, Chilpericum, Gothmarum, qui cum inter se hereditatem partiren-
tur, nec inter eos conueniret, senior & natu minimus se contra secundum & tertium con-
iunxerunt, cumq; ad arma venissent prælioq; decertarent prope Metropolim Heduorū
Augustodunum (ouerūc Authun vulgo dicitur) Gundebaldus viribus inferior, in fugam
versus est eaque se seruauit, tandem Rex factus, fratres obsedit Viennæ (tunc Allobrogum
oppido quod nunc Delphinatum Prouinciæ attribuitur) quos cum cepisset magnis cru-
ciatibus morti tradidit, sed suo damno seruauit Chilperici fratris filiam Clotildem, quæ
postea Clodoueo Francorum Regi nupsit, nam ipsa marito author fuit, vt Burgundioni
patruo, qui eius patrem necarat, bellum inferret, quod & fecit Clodoueus, sed Burgundio
pacem redemit, Franco omni quod vltra Ararim possidebat cedens: sed hic ipsum postea
tota

BURGUNDIA DUCATUS
VICOMITATUS



tota ditione exegit, coegitq; fuga salutem querere: eo mortuo titulus Regni, sed exiguis finibus circumscripti, nempe Sequanorum Prouincia, & Allobrogum ditione, & Prouincia (quæ adhuc vetus nomen quo à Romanis appellata fuit retinet) Sigismundo filio mansit, cui bellum mouit Clodomirus Francorum Rex, Clodouei filius, cumq; prælio inferiorem, captumq; cum vxore & liberis Aureliam custodiendum misit. Gundemarus fratri Sigismundo successit, occisusq; est in prælio cum Francis commisso, eiq; in regnum Burgundionum surrogatus est Theodoricus Clodouei ex Clotilde filius, itaque Burgundionum regnum Austrasiæ regno iunctum fuit,

DIUIO oppidum, vulgo Dyon in pulchra planicie situm est, ad eius latus mons est qui Massiliam vsque protenditur, in quo optima Galliæ vina crescunt: situ munitum est Diuio, magis autem artificio, magnis propugnaculis fastuosisque munitionibus, quæ ibi extructæ sunt, vt valli loco sint aduersarijs Regni Gallici, coronæque Francicæ hostibus Imperator Aurelianus oppidum ampliauit, eiusque premeria protulit. Qui in Maiorem huius oppidi eligitur (vel inuitus & renitens) id onus suscipere tenetur, iuramentumq; præstare in templo diuæ virgini dicato (cum à Procuratore Regio de eo interpellatur) se Regi fidelem fore, deinde se defensurum iura libertates & Priuilegia ciuium aduersus quoscumque, etiam aduersus ipsum Regem, qua necesse sit: ad quartam miliaris partem extra oppidum duo colles & promontoria visuntur, in vno admiranda Arx Talanta dicta est, in altero Arx & pagus, qui vulgo Fontaines dicitur, vnde originem traxit diuus Bernardus caput ordinis Clareuallensis.

BELNA, vulgo Beaune oppidum, soli fertilitate raraq; antiquitate celebre, in territorio pingui, fecundoque situm est, præcipue vini, quod inter Franciæ optima habetur, cinctum est oppidum validis mœnibus, fossis profundis, altisque propugnaculis, Arx munita in eo est, quàm extrui curauit Rex Francorum Ludouicus duodecimus. Aurelianus Imperator Belnam ampliauit ornauitque: in eo pulcherrimum celeberrimumque Xenodochium, Regioque Palatio quàm pauperum domui similis est. Visitur quoque in vrbs territorio illud fama per insigne Cisterciensium monasterium, cui nomen inditum à frequentia Cisternarum: situm est in horrenda profunditate siluæ obscure id Odo aut Odon eius nominis primus Burgundiæ Dux, tam magnifice extrui curauit, Anno Christi 1098. caput est 1800. monasteriorum virorum eius Ordinis, virginum autem aut monacharum eiusdem ordinis fere totidem.

NUITZIVM oppidum vt nomen indicat, à Nuitonibus, cui in Gallijs sedes fixerunt extructum est, Nuitones enim Germaniæ populus vna cum Burgundionibus, in Galliam penetrauit. eisque regio partitione obtigit, in qua Nuitzium oppidum.

AVGVSTODVNVM ciuitas Bibracta est, cuius Cæsar meminit & præ maxima populi frequentia totius Heduorum factionis caput estimat, atque magnis laudibus euehit Romanorum fratres Heduos appellans, propter eorum potentiam, dicitque eos primas, inter Gallos obtinuisse, Celtæ Augustodunum nomen abbreviantes, dixerunt Augsdun Augstun tandem Authun. Ammianus Marcellinus lib. 25. dicit, muros oppidi Augustoduni, antiquitate celebres, ex quo cõsequitur ciuitatē multis seculis fuisse, antequam Cæsar Gallias subiugaret, cuius factionibus, oppidū excidio datum fuit, quamuis id ipse dissimulet, alijsq; imputet, Augustus Cæsar Augustodunum restituit, gensque Flauia posteriq; Imp. Claudij eam ornarunt, sira est ad radices montium (qui vulgo *les monts de Cini* dicuntur) fluuius Arroux eam alluit, ædificijs infrequens est, excepta ea parte vbi Arx & Templum diui Ladri, & munitio (quam vulgus Marchault vocat) vbi campus Martis erat. Qui ipsius Areā & in quantam longitudinem se olim extenderit considerabit, absque vlla hesitatione iudicabit Heduorū fuisse sedē & ipsorū Metropolim: in ea Capitoliū fuit, & réplorū infinitus numerus, quæ redificata fuere post Bibracte excidiū, sed Barbari omnia diruerunt, Episcopi sede ornata est ciuitas & eius 84. Episcopos quorum vltimus est Carolus dAilleboustius nominat Belleforestius.

Circa Burgum (qui vulgo Flauigni dicitur) duorum milliariorum ab oppido Semuro intervallo, videntur ruinae oppidi Alexiae quondam celeberrimi, quod Caesar ita excidit, deuastauitque uti nullae aedificiorum reliquiae appareant, solumque nomen ad memoriam in pago Alize ad montis radicem (qui vulgo LAuxois dicitur) sito, superfit.

Territorium (quod vulgo LAuxois dicitur) montibus quidem attollitur, sed fertilitate excellit, in eo enim nec collis nec monticulus est, qui non sementi aptus sit, aut vinetis quae pro eorum situ, generosiora totius Burgundiae vina proferunt, valles fructuum fecundi sunt, & in eo territorio tanta est pecorum copia, ut eorum magnam partem, vicinis mercatoribus large suppeditet. Lanæ hic magna negociatio habetur. Ob oriente terminatur Auxois Diuionensi territorio, ab Occidente Niuernensi, ad meridiem ei est ager Augustodunensis ad Septentrionem Altisiodorensis ager & motes sunt: territorium LAuxois in longitudinem fere ad viginti miliaria protenditur, latitudo autem fere equalis est.

SEMVRVM oppidum Metropolis territorij (dicti LAuxois) in medietate eius situm est, vndique montibus circumsepitur, excepta ea parte, quae Orientem spectat, in tres partes diuisum est, quarum singulae muris sunt separatae, sed eae tam apte sibi coherent ut vnaquaeque pars, pro vno oppido haberi posse videatur: prima pars, Burgi nomen habet, quae in medio est (vulgo *le Donyon* dicitur) tertia autem pars Arx appellatur: videtur oppidum tribus vicibus aedificatum esse: ea pars quae Burgus nuncupatur, alias amplitudine superat, frequentiusque inhabitatur; nam in eo praecipui & ditiores ciues sedes fixerunt, visui dignum in eo templum est Deiparae virgini dicatum, quod ab imis fundamentis, ad fastigium usque, constat ex pulchro sectoque lapide, sed admiratione non caret, quod quamuis structura templi alta sit, muri tamen vno lapide spissiores non sint, exceptis magnis columnis, qui fornices aedificij sustinent: oppidi ciues pacifici, quieti, pii, & in proximos benefici sunt, se inuicem amant, nec queruli sunt, extraneorum consuetudine delectantur: ciuitatis territorium fertile, est praesertim vinetorum, nec silentio praetereundum sunt violae odoris suauissimi alias omnes Franciae odore & pulchritudine vincentes. FLAVIGNIVM vicus de antiquitate gloriari potest, is enim est qui olim Flauia dictus fuit, & legatos ad Constantinum Imperatorem muris oppidi instaurandis misit. CABILLO vrbs vetustatis nomine praestat, Caesar ipsam horreum Romanorum fecit & locum quo impedimenta & annonam reponeret, Comitatus titulo clarum fuit: eam Burgundiae Duces acquisierunt a Ioanne Stephani filio, Burgundiae Comite & domino Salinarum Anno Christi 1256. vrbs nobiles multis priuilegijs gaudent & inter omnes Gallica lingua veteres humani & affabiles sunt, quibus etiam ceteris ornatius lingua Gallica loquentibus adiunguntur, quam student exornare: Attila Hunnorum Rex urbem excidit, sed iussu Regis Burgundionum restituta, ipse in ea sedem fixit. SENESCVVM Baronatus est, eiusque multi vassalli subsunt, eius iurisdictio late extenditur, dominos agnoscit gentem Bauffremontiam Arx Senescyia ex munitioribus Burgundiae est: in pulchra planicie fertilique territorio sita, quod frumenta, vina, ligna, legumina producit, siluis stagnis aliisque rebus, tam ad usum necessarium requisitis, quam quae voluptati seruiunt destitutum non est: lapidinas habet, vnde lapides perpulchri politique, qualesque; aliquis optare posset, eruuntur, ij solo naturae artificio coloribus distincti sunt. TORNVS oppidum, loco totius viciniae fertilissimo situm est, eius longitudo latitudinem excedit, aquis Araris fluij vndique ambitur, colles vini generosissimi feraces ipsi vicini sunt: ij dorsum solis occasui obuersum habent: id omne quod nunc oppidum Tornus comprehendit, quondam in tres partes distinctum fuit, vna Arx Trinochium, altera villa Tornusij, tertia Cella Tornutum dicebatur, Arx Trinochium dicebatur is locus, qui Romanis pro horreo castrensi erat, in quo annonam & comitatum reponerent, sed is locus nunc in ruinam abiit, nec aliud praeter nomen superest. Tornutum villa ea pars est, vbi nunc parochia diui Andreae visitur, a prima parte Riulo distincta est, sed quo fluat discerni non potest, ponte enim altisque domibus vndique stratus est: ad tertiam partem (cui Cellae aut Cellulae diui Valeriani nomen inditum fuit) quod attinet, is locus est, Abbatia spectatur loco totius oppidi editissimo, cui quamuis Abbatia coniuncta sit, tamen muro quo cingitur, ab eo separatur: suisque; claustris clauditur: nisi templi tures eminent Arx potius quam Monasterium esse videretur Abbatia est Ordinis S. Benedicti, caput multorum Prioratum, qui in Matisconensi Borbonesio, Delphinatu, Aruernia, Pictonibus, Cenomanis, Andibus & in Britania sunt. MATISCO oppidum olim varijs nominibus appellatum fuit, in nonnullis Historijs Matiscon dicitur, quod nomen de-

pta Tis syllaba vulgo retinuit, alij ipsum Matiffanam & Matiscense dixerunt. Cæsar ipfius antiquitatis testis est, ad fluuium Ararim (qui nunc Sagona dicitur) situm est, sepius excisum fuit, semel ab Attila, iterum per Francos, præterea tempore Lotharij Imp. Ludouici pij filij, tandē tempore Ludouici iunioris, à latronibus siue viarum grassatoribus destructum. Comitatus titulo claruit, quem Francorum Rex Ludouicus (nonus vulgo Diuus dictus) emit à Iotanne & eius vxore Comitibus Matisconensibus. CHAROLLE oppidum Comitatus cognomini nomen dedit. In Burgundiæ Ducatu præterea multa oppida & Burgi sunt ea vernacule dicuntur *Aualon, Arnay, le duc, Noyers, Sanlieu Flauignij, Monlibart, Vireaux, Rauieres, Mont-Sant Iean, Moustier-Sant-Iean* (Arx est superbæ structure) quales etiam sunt *Misserij, Thoefij leuesque, Montignijur Armacon, Thoillon, Sanmaise le duc, Bourbilij, Espoisse, Roignij & alia.*

Ducum Burgundiæ series hæc est.

RICHARDVS Comes Augustodunensis vir strenuus, & in rebellica exercitatus totius Burgundiæ, cis Ararim Dux institutus fuit à Francorum Rege Odone, Roberti Comitum Parisiorum filio, qui ex tutore Regis Caroli simplicis, à Franciæ regni Primoribus Rex dictus erat: Ricardus Ducatus Burgundiæ præfuit annis 32. RVDOLFVS post patrem Ricardum Ducatum Burgundiæ adeptus; ei præfuit annis 14. in Regem Francorum electus fuit.

HVGO Niger, Rudolpho fratre nullis post se relictis liberis defuncto, ei successit, præfuitque anno 19. ODO Hugonis nigri aut frater aut filius (vtriusque enim sententiæ, auctores non desunt) Ducatus gubernacula tenuit ann. 10. HENRICVS post Odonem fratrem, in Ducatum Burgundiæ surrogatus fuit, ei que præfuit ann. 39. decessit nullos post se relinquens liberos. ROBERTVS Francorum Rex, Ducatum Burgundiæ ex testamento (vt aiunt) Henrici ex fratre nepotis adeptus, ad eius clauum sedis annis 26. ROBERTVS à patre Rege Roberto, Ducatu Burgundiæ donatus, ei præfuit ann. 48. HVGO Roberti ex Henrico filio nepos, Ducatus præfuit ann. 22. OTHO Hugone fratre Cluniacensium instituto se mancipante Dux factus est, præfuitque an. 5. HVGO secundus Othone patre in sacram militiam proficiscente, Ducatus procurator institutus fuit: sed patre in Cilicia immatura morte surrepto ducatum est adeptus eumque tenuit ann. 22. ODO Hugonis ex Mathilde coniuge filius, patri in ducatu successit, eumque possedit ann. circiter 40. HVGO tertius, quem Odo ex Maria Theobaldi Campaniæ Comitum filia genuerat, Ducatus præfuit ann. 29: ex vxore Alifa Lotharingiæ Ducis Mathei filia genuit Odonem, qui patri successit & Alexandrum.

ODO tertius ætatis prærogatiua Ducatum obtinuit præfuitque ann. 26. HVGO quartus adhuc adolescentulus sub tutela matris Aleydis à vergeio aliquamdiu fuit: Ducatus præfuit ann. 55. ROBERTVS tertius, Hugoni patri successit in Ducatum, fratri verò eius Hugoni in partem hereditariam obtigit, Auallonum Monsregalis & Monsbarrium, Robertus Ducatus clauum tenuit ann. 36. HVGO quintus patri Roberto successit, nullis rebus gestis, nec vlla sobole relicta obiit cum Ducatum tenuisset ann. 6. EUDO post fratrem Hugonem Ducatum Burgundiæ obtinuit, cumque ei sex annis præfuisset, duxit in vxorem Ioannam Regis Francorum Philippi Longi filiam, quæ ei in dotem attulit Burgundiæ Comitatum, in quem defuncto Othone auo materno, Robertoque auunculo successerat, qua ratione Comitatus Palatini Burgundici, simul ac Ducatus titulos primus ipse Odo gestare cepit, Ducatus præfuit ann. 34. PHILIPPVS Eudonis ex Philippo filio (qui in oppugnatione castelli Aguilonis obierat) nepos, auo successit, præfuitque an. 13. incunte adolescētia defunctus est, nullos relinquens liberos. IOANNES Francorum Rex, tum quod ex Ioanna magna sorore Eudonis Ducis, Philippi Ducis defuncti amita à Philippo Rege procreatus esset, in Ducatum Burgundiæ successit, tum quod Ducatus ille, vt beneficium Francium Gallica condicione, masculis cessantibus ad Regnum Gallicum rediisse videretur, à quo ideo Carolus Nauarriæ Rex exclusus, qui ex Margareta Burgundica, sorore Ioannæ descenderat: hac igitur ratione Hugonis Capeti mascula stirps directa cessauit in Burgundiæ Ducatu. Rex Ioannes Ducatum tenuit biennio. PHILIPPVS cognomento Audax, à Rege Ioanne patre, Ducatu Burgundiæ donatus est anno Christi 1363. duxit in vxorem Margaretam Ludouici Malani, Flandriæ Comitum filiam vnicam, post soceri mortem obtinuit Comitatus Flandriæ, Burgundiæ, Arthesiæ, Niuerniæ, Retheliæ, Salinas & Mechliniam, Margareta ei peperit Ioannem qui patri successit: Antonium Ducem Brabantie & Lemburgi: Philippum comitem Neuersij, Margaretam vxorem Ducis Sabaudie: Catharinam quæ nupsit Leopoldo Austriaco: Margaretam vxorem Guilielmi secundi Ducis Bauariæ, Hollandiæ & Zelandiæ Comitum: Bonam: Philippus Burgundiæ præfuit ann. 40.

Ioannes

IOANNES cognomento intrepidus, patri Philippo successit, à Rege Francorum Carolo sexto patruo, anno Christi 1396. cum nobilissimis Gallie viris, per Germaniam, Sigismundo Regi Hungariae auxilium laturus, aduersus Turcas in Hungariam profectus est, vbi profligato Christianorum ad Nicopolim exercitu, captus est: per soluto grandi lytro in Franciam reuersus atroces inimicitias, cum Ludouico Aurelianensi Regis Caroli sexti fratre, diu exercuit & tandem per sicarios occidit Anno Christi 1407. 10 Calend. decembris: ipse autem Anno Christi 1420. Monasteriolum oppidum à Delphino Franciae Carolo, ad colloquium euocatus, cum eo colloquens trucidatus fuit: ei superstes fuit Philippus filius vnicus, & omnium fortunarum heres, praeter quem ex Margareta Alberti Ducis Bauariae filia genuit Margaretam uxorem Ludouici Delphini Viennensis Ducis Aquitaniae, & post eum Arturi Richemontani Connestabilis Franciae: Catharinam quae Ludouico Regis Siciliae filio desponsa fuit, sed nuncio illi remisso obiit Gandau: Isabellam uxorem Comitis Pontieurani apud Britones: Annam uxorem Ioannis Ducis Bedfordiae, Regis Angliae Henrici quarti filij: Mariam uxorem Adulphi Cliuia Ducis: Agnem nuptam Carolo Duci Borbonio: scriptor quidam Anonymus vicinus eius temporis vel equalis potius de cede Ioannis Ducis scribit sequentia. Cum vterque haberet exercitum (Burgundus & Delphinus) omni fide publica data quae dari posset, Armeniaci simulant pacem se velle facere cum Burgundo, & eum vocant ad conciliu in Castrum Monasterioli super flumen Ionam, quasi de negotio pacis inter se bona fide tractaturi. Quum autem ille aduentasset, nihil insidiarum suspicatus (& hoc quidem contra multorum ex suis opinionem, qui de dolo atque insidijs vehementem suspicionem habebant) in praesentia Delphini in ceruice percussus, interemptus est miserabiliter: Ioannes Ducatus Burgundiae praefuit annis 16. PHILIPPVS bonus seu mitis, patri successit, cuius mortem vindicaturus Anno Christi 1420. societatem cum Henrico quinto Angliae, Rege iniit, eique Regem Fraciae Carolum sextum, Reginam & quidquid suae factionis habebat, in manus tradidit, qui Regis Caroli filiam Catharinam in uxorem duxit, matrimonijque tabulis cautum fuit, vt gener socero in regnum succederet, & si contingeret, vt Henricus prior moreretur, eius filio maiori natu ex Catharina genito, regni hereditas veniret, ac Principes Francici conceptis verbis Henrico iurandum darent, atque Carolus Delphinus omni deiectione honore quem gerebat hostis patriae perpetuo haberetur: anno autem 1435. Borbonij Dux Philippo Burgundio sororio reconciliatus, effecit etiam vt Francorum & Anglorum Regum, atque etiam ipsius Burgundionis oratores, de pace acturi Atrebatu conuenerint, vbi cum Anglo satisfieri à Francis nullo modo posset, Burgundioni eorum quae petijt nihil denegatum est, itaque eius indignatione iraque (quae Anglos Francia potiri fecerat) posita remissaque, Francia ab Anglorum iugo liberata fuit Rex enim Carolus septimus Anglos primum Aquitania pepulit, deinde tota Gallia exegit, Philippus Brabantiam, Lemburgum, Luxemburgum, Hannoniam, Namurcum, Hollandiam, Zelandiam suis finibus adiunxit, finem viuendi fecit anno Christi 1467. uxores habuit tres, Michaelidem Caroli sexti Gallorum Regis filiam, alteram Bonam (quidam Mariam appellant) filiam Philippi Comitis Vgellensis, viduam patris sui Philippi Comitis Niuernensis. Nihil ex his duabus suscepit liberorum. Tertia eius vxor erat Isabella, quae patrem habuit Ioannem, Regem Lusitaniae, matrem Philippam filiam Ioannis Ducis Lancastriae, qui Ioannes cognomento à Gandauo, filius erat Regis Angliae Eduardi tertij, Auunculos eadem Isabella ciebat: Regem Angliae Henricum quartum & Ioannem Comitem Somerseti: Ex hac Philippus Antonium, Iodocum & Carolum tulit, qui Carolus defunctis in infantia fratribus suis, solus perennauit Philippus Burgundiae praefuit annis 48.

Epitaphium eius gallicis scriptum versiculis latine sonat.

Philippus ex Ioanne Rege natus est,
Genuitq; Ioannem patrem charum mihi,
Burgundiam cum Flandria atque Artesio
Qui mihi reliquit lege iureq; optimo.
Brabantios, Lemburgios, Namurcios,
Hannonios, Hollandicos, Zelandicos,
Et Luceburgum finibus iunxi meis.
Bellum mouebant Francus atque Anglus mihi,

Quos iure & armis fortiter reiecimus.
Mouit Renatus bella Lotharingicus,
Qui Rex licet, captiuus est factus meus.
Vna die denunciasti bellum mihi,
Galli, Britanni, & Casar. At nil promouent.
Cum Rege Carolo longa bella gessimus.
Pacem petiuit: scepra quae illi reddidit.
Septem cruentis dimicavi praelijs,

*In omnibus victor, Deo sit gloria.
 Flandros rebelles, & Leodios feros
 Vici, & coegi petere pacis commoda.
 Basilea quem Papam remouit sanctio,
 Pio fauore dignitati reddidi.
 Quinos per annos educatum duximus,
 Ad sepira Regni Rege natum Principem.
 Ad me refugit pulsus Eboracius,
 Operaq; nostra factus est Rex Anglia.
 Defensionem Ecclesiam delegimus,
 Insigne vellus aureum nostro ordini.*

*Studio iuuandi Christiani nominis
 Nostras triremes misimus Papa Pio.
 Ductu meo bellum parauit Barbaris:
 Sed obstinuit mors quæ potens regnat nimis.
 Bis lustra septem, & Consulem vnum viximus:
 Sed septimo post mille, centum quoque quater
 Et lustra bis sex, ordinem fati sequor.
 Et hic recludor cum patre atque auo meo:
 Sicut placebat antequam decederem.
 Dixit acta iugiter Christus mea:
 Precare cæli regna, lector hinc mihi.*

CAROLVS Ob plurima bella quæ gessit, bellatoris cognomen sortitus est, viuentē adhuc patre in auxilium Franciæ Procerum (qui contra Regem Ludouicum XI. quod eos in nulla authoritate gratiæ haberet, de eo in ordinem cogendo boni publici prætextu conspirauerant) cum paternis copijs in Franciam profectus, collatis signis cum Rege ad montem Lethericum confligit. Et quod Rex se à pugna statim Lutetiam receperit, ipse verò in prælii campo constiterit, victoriam reportasse visus est: Leodium expugnauit & deripuit. Nussiam oppidum Episcopatus Coloniensis obsedit, & oppugnare aggressus est, quod Imperator Fridericus III. tam indigne passus est, vt cum 80. milium exercitu, è tota Germania coacto, eum cogere obsidionem soluere voluerit, nec tamen Burgundus, vt obsidionem solueret, nisi conuentione facta cogi potuit, idq; cum annum obsidio tenuisset: interim a te Franci Regis, Sigismundus Austriacus positus odijs, quæ inter illum & Heluetios intercedebat, foedere iunctus est illis, & illorum ope Austriacus Ferretiam Burgundo antea oppignoratam, re non soluta recuperat, captumque Petrum Hagenbachium (quem Carolus regioni præfecerat) carnifici capite plectendum dedit: deinde acceptis ab Heluetijs copijs, in Comitatum Burgundiæ irrupit, quo etiam tempore, Renatus Lotharingiæ Dux, societate cum Heluetijs & Austriaco inita, Burgundionis hostem se professus est, sed Burgundus ante anni exitum totam Lotharingiam in suam potestatem redegit, deinde contra Heluetios profectus est, ex quibus cum Laufannam deditio cepisset, Heluetios qui Gransonem tenebant, in deditio-nem susceptos, immaniter trucidari fecit, quod tanto furore rabieque totam gentem accendit, vt eductis paulo post copijs suis, illum acia fusum fugatumq; castris, tormentis, & impedimentis exuerint (licet infami magis quam cruenta clade affecerint) quam cum vlci-scendam putaret, longe maiorem exercitum sibi accersuit: Murro siue Morato obsessa nihil, feliciter secundum hostium congressum (quibus Lotharingus Dux præerat) ferre potuit, sed iniquiorem adhuc fortunam expertus, maiorem hominum iacturam fecit, nec ipse nisi fuga sibi salutem inuenit: sed reliquijs aduersorum præliorum, ex fuga rursus collectis, ac ex vtraq; Burgundia excitata iuuentute Lotharingiam, quam Renatus receperat repetijt, & Nancieum media bruma obsedit, sed Renatus cum suis Germanorum Heluetiorumq; copijs in castra Burgundionis impetum fecit, eosq; vel cecidit, vel in fugam egit ipso Carolo vulneribus confosso, quod nonis Ian. Anno Christi 1477. factum omnes consentiunt cum an. vixisset 43. diebus 56. Burgundiæ præfuit annis II. vxores habuit tres, Catharinam Regis Caroli septimi filiam, deinde Isabellam, Caroli primi Ducis Borbonij filiam, vltimo Margaritam Eboracensem, Regis Eduardi quarti sororem, quæ ei peperit Mariam. cui Rex Ludouicus XI. Principis Aursiensis (magna in vtraque Burgundia authoritatis viri) opera vsus, non solum Ducatum, sed etiam Comitatum Burgundiæ (paucis vrbibus exceptis) eripuit, Et cum Picardiam & Arthesiam occupare conaretur, Maximilianus Imperatoris Friderici tertij filius, Mariam Caroli heredem sibi conubio copulauit, eiusq; iura sibi tuenda & vindicanda sumisit, An. Christi 1478. Arausiensis quoque Princeps promissa sibi à Rege Franciæ non præstari causatus, ab eo defecit, & res in Comitatu turbauit.

13

BRITANNIA, VVLGO BRE TAIGNE.



HÆC Prouincia quôdã Armorica nūcupata fuit, à Britańis autē magne Britańie (quæ non Anglia dicitur, qui sedibus ab Anglofaxonib⁹ pulsi in ea cōfederunt) Britańia dicta est: nūc sine causa inter amœnissimas, pulchriores, fertilioresq; Gallia Prouincias recensetur: habet enim solum sationi faciendæ aptum, quantum queat optari, pratibus abundat & Erycetis, quæ gratum pecori pabulum suppeditant: nec desunt nemora vsibus incolarum commoda: mare autem commercijs aptissimū est: ex eo sal extrahunt, quod Sol suo calore indurat, id ipsi vicinis Prouincijs suppeditant: plumbum, ferrum, & argenti venæ aliquibus locis non desunt. Vinum in ea crescit, sed non ita generosum, quamobrem incole sibi aliud ex Andegauo & Burdegala parant. Incole secundum prouincias, quas inhabitant naturam indolemq; induunt, quo fit, vt alij alijs sint ciuiliores: qui loca mari viciniora incolūt non ea sunt alacritate animi, qua alij: in vnīuersum tamen omnes Britanni sociales sunt, & cum ipsis bene comodeq; agi potest: cauti sunt, sed non nihil admixtę rusticitatis retinet, lucri cupidi sunt, neq; vinarias tabernas defugiunt, in quibus fere omnia commercia tractant.

CIVITATES ET OPPIDA IN EA SVNT.

NANTES Ciuitas, est huius Prouincia primaria, Cæsar eius incolas Nannetes: Ptolemæus autem eos Nannites vocat. Sedes fuit Ducum qui Prouinciæ præfuere Regibus Franciæ, quibus paret hæc Prouincia (quiq; Coronę Regni Frãncici inseparandam ei iunxerunt) fidelis est. **RHENES** Ciuitas est, quondam caput materq; animosi pugnacisq; populi, qui Rhedones dicebantur, nunc sedes est Parlamenti, supræmeq; Curia Prouinciæ: vna est antiquissimarum ciuitatum Gallia, Cæsariq; cum reliquis Armoricis innotuit. Episcopali sede excellit. **DOLVM**, oppidum est, quondam Arx fuit, apud quam Abbatia erat in monte sita, inter eam & Arcem, lacus paludisq; erant.

San-Malo, Episcopalis est ciuitas, in territorio Aletensium sita, quondam Aletium dicebatur, sed nomen sibi adsciuit à S. Malo, quo vocabatur primus Episcopus, qui ei præfuit: hinc originem traxit Iacobus cartierus, magnus & insignis Nauarcha, qui auspicijs Regis Francisci primi nobis detexit Canadam, aliasq; terras in mari quod Septentrionem versus est, sitas. In huius Episcopatus diocœsi sunt Abbatia Belliloci, Montisfortis, Præa vulgo dictę. **Caucale** portus est maritimus. **Comburgum** & **Sanbriardum** vici sunt, vbi Maio mense capiuntur pisces, qui vulgo macquereaux dicuntur. **Dinan** pulchritudinis eximie est oppidum, diuitijs præstat & mercatura, quondã in delitijs fuit Britannia Ducibus.

Castellum Briantum Proceribus Mommorancijs paret.

LAMBALLES existimatur (& fortassis non iniuria) esse regio veterum Ambilitarum, nunc Lambalois dicitur, hic pergamenæ charte conficiuntur magno numero, maioreq; quam alia in parte Gallia, abundat enim pecudibus hæc regio. **SANBRIEVUM**, Ciuitas est: Huius incole Ptolemæo Biducenses dicti sunt: illic est templum diuo Michaeli sacrum, in rupe excelsa, quæ naues à ventorum vi defendit, in ea Arx est ad ciuitatis defensionem extructa: Episcopatu insignis est. **Treguierū** siue **Landriguetum** oppidum est, quondam Tricoricense dictum fuit: aquis fere vndiq; cinctum est: eo appellunt naues, quæ magnum incolis lucrum adferunt. **Kimpercotentium** ciuitas, Episcopali sede claret.

Vennes antiqua & clara Venetum ciuitas, caput Armoricarum ei tantę vires fuere, tam mari quam terra, vt sola Romanos aggredi ausa fuerit, cumq; illis belligerare: munita est Arce quæ vernacule **Lhermine** dicitur, ea Palatium, & domus voluptatis fuit Britannia Ducum. **Corlayum** Arx est, nobilis viri Fouij. **Auaugourum** oppidum est: eius dynastia, ex Ducum Britannia familia originem habent. **Guingampum** dominos agnoscit heredes antiquorum Comitum Stamparum, qui domo Britannica editi sunt. **San-Pauli** oppidum, quondam Leon dictum fuit, in Episcopi sedem euectum est, in eius territorio Abbatia infra scripta, **Gerber des Relignes**, **S. Mathurin du fin de terre**, **S. Marie de Gerler**, quæ Cisterciensium ordinis est. **Lauai** oppidum, Comitatus titulo clarum est.

FAMILIAE GENTIS ILLUSTRES, VT

vulgo vocantur.

ROHAN, Rieux, Rais, Blossac, Ponthieure, Auaulgour Leon, Vitre, Foulgeres, Asserae Ancenis & alia.

DUCVM QVI HVIC PROVINCIAE PRAEFVERVNT,

haec est series.

GAUFREDVS Regis Angliæ, Henrici primi filius, ducta in vxorem Constantia, Conanii Richemontij Comitis filia, primus se Britaniæ Ducem scripsit: ijs prognati sunt Arturus & Eleonora, quàm Ioannes Angliæ Rex, eius patruus ad mortem vsq; captiuam detinuit: Arthurum autem bello captum interfecit, sperans se Britanniam consecuturum, tanquam heres Gaufredi fratris. Sed Constantia post fata Gaufredi nupsit Guidoni Vicecomiti Touarsensi, cui peperit Alexiam siue Adela, quæ parentibus successit.

Alexia siue Adela, nupsit Petro Druydensi, qui prognatus erat Roberto Franco, Regis Ludouici crassi filio, Petrus vulgo dictus fuit, malus clericus, quod se Regi Francorum, Ludouico nono subiecisset: ijs prognati sunt Ioannes qui parentibus successit, & Iolanta, quæ nupsit Hugoni Bruno Marchiæ Comiti & Ponthieuro.

Ioannes cognomento rufus, Regem Ludouicum nonum ad sacrum bellum comitatus est, duxit Blancham Regis Nauarræ, Comitis Campaniæ & Briæ filiam, quæ ei peperit Ioannem, Petrum, duos Theobaldos, Nicolaum, Robertum, Alizam, nuptam Ioanni Blesensi & Eleonoram. Ioannes secundus periit Lugduni, oppressus ruina veteris maceriæ, sustulit è Beatrice Regis Angliæ, Henrici tertij filia, Arthurum qui patri successit, Ioannem Comitem Richemontij, Blancham, quæ nupta fuit philippo Atrebatensi Roberti Franci filio.

Arturus primum duxit in vxorem Beatricem Lemouicum Vicecomitem, quæ ei peperit Ioannem qui patri successit, Guidonem Vicecomitem Touartium, qui duxit filiã unicã Hærici Baronis Auangourij, quibus prognata est Ioãna clauda, quæ nupsit Carolo Blesensi: post fata Beatricis duxit Arturus Iolam Amaulrij Comitis Narbonæ, Montisfortis & Carcaffonæ filiã, quæ ei peperit Ioannẽ Brenoniũ Montisfortis Comitẽ, qui ex Claudia Roberti filia, sorore Ludouici Comitis Flandriæ, habuit Ioannẽ, qui Ducatũ Ioannẽ eripere voluit, Ioannes tertius vxores habuit tres, Isabellam Caroli valesij filiã: Isabellã Sanctio Castiliæ Rege prognatã: Margaretam quæ nata erat Eduardo Sabaudiæ Comite, sed nullos liberos edidit, itaq; testamẽto heredem scripsit Ioannam claudam, quæ nupta erat Carolo Blesensi.

Ioanna clauda, & Carolus Blesensis eius maritus causam in Parlamẽto Parisiensi cõtra Ioannem Brenonium Montisfortis Comitem, qui eis de Ducatu Britannia litem mouerat obtinuerunt, sed is non stas ei sententiæ, ope Regis Angliæ Eduardi tertij, Ducatum armata manu inuasit, à Ioanne Normanniæ Duce, Regis Philippi Valesij filio captus, & Lutetiæ in Luparam Arcem coniectus, vitam ibi finijt, post se relicto filio Ioanne. Ioannes quartus post fata patris, se ducem pronunciarum curauit, Carolum Blesensem prælio vicit & occidit, duxit in vxorem Ioannam Regis Nauarræ Caroli (cognomento mali) filiam, quæ ei peperit Ioannem qui patri successit, Arturum, Ricardum Comitem Stamparũ, quo genitus est Franciscus, qui postea Dux fuit, Egidium & tres filias. Ioannes V. duxit Margaretam Regis Franciæ Caroli sexti filiam, quibus prognati sunt Franciscus & Petrus, qui Duces fuerunt, & Egidius Franciæ Regni Marescallus. Franciscus vir perfidus & sanguinarius, Egidium fratrem in vinculis trucidauit, à quo vt intra annum de parricidio coram diuino iudicio responderet citatus, intra id tempus hydrope interiit, nulla relicta prole mascula.

Petrus, qui post fratrem Dux fuit, ex vxore Francisca Ludouici Vicecomitis Touarsensis filia liberis caruit. Arturus Ioannis IV filius, nepoti Petro successit, obiit nullis relictis liberis. Franciscus Ricardi Comitis Stamparum filius, qui Ioanne quarto genitus erat, Arthurum patruo successit, duxit in vxorẽ Margaretam Gastonis Foxij Nauarræ Regis filiam, quæ ei peperit filium, qui puer obiit, Annam quæ patri successit: & Isabellam quæ adhuc puellula à viuis excessit. Anna desponsata fuit Imp. Maximiliano primo sed ei eam præripuit Rex Francorũ Carolus IX. cui desponsata erat Imp. Maximil. filia Margareta, quæ patri reddidit: post Caroli mortẽ Annã duxit, Rex Ludouicus XII. repudiata vxore Ioanna quæ Regis Caroli octauis soror erat. Anna Regi Ludouico peperit Claudiam quam duxit Franciscus Valesius Engolismensium Comes, qui post socerum Rex Franciæ fuit, & Renatam Herculis Estensis Ferrariæ Ducis vxorem.

14


ANDEGAUENSIS DVCA

TVS VVLGO LE DVCHE DANIOV.



ALVIS Prouinciæ populos antiqui vocarunt Andegauos & Andes: iuniores veterem appellationem aliquantulum immutantes vulgari lingua Angeuins vocarunt, sed qua occasione id factum sit nemo rationem reddere posset: multi coniciunt in causa esse frequentiam fluviorum qui in ea sunt, & ab aquarum abundantia, Eguade aut Aiguada dictam esse, nam Aquitani aquas aiguas nominant. In ea plus quam XL. flumina sunt, inter quæ non numerantur stagna neq; infinitus lacuum numerus, riuuli, viuaria piscium, aliæq; paludes. Totâ hæc Prouincia probis aquarum fontibus humectatur. & cum non admodum lata sit, nulli tamen Franciæ Prouinciæ fertilitate cedit, mōtosa est attolliturq; colliculis qui viribus confiti sunt: siluis & saltibus formosa est, valles viridantes, pulchra ditiaq; prata habet, Erycetaq; optimum pecori pabulum præstant: in summa quidquid huic vitæ vsui esse potest suppeditat, inter quæ excellunt vina alba quæ alia huius regni bonitate superant.

Nemini dubium esse debet hanc Prouinciã à Principibus Gallis indigenis gubernatam fuisse. quorum ditio ad mare Pictauicum vsque protendebatur, vltimus eorum Duniacus à Cæsare victus est, vt ipse scribit libro IIX. belli Gallici. Romani deinde per quadringentos aut quingentos annos eã renuerunt, donec in præceptis ruente ipsorū Imperio Rex Francorum Chilpericus occiso Comite Paulo, Ciuiatem Andegauensem obtinuit, eamq; suis posteris Franciæ Regibus reliquit: quorum Rex & Romanorum Imperator Carolus Caluus huius Prouinciæ partem superiorem dedit, Torquatio aut Torqualquo sibi tantum reseruans ius supremum, quod homagium vulgo indigetant, inferior autem pars data fuit Eudoni Luretiae Parisiorum Comiti, cuius ex fratre Ruperto Comite Andegauenfi, Duce Celtice & Abbate Sancti Germani nepos Hugo magnus, eam largitus est Fulconi dicti Torquati nepoti ex Ingelgero filio. Fulconi ordine successore Fulco secundus: Godefridus vulgo dictus Grisgonella: Fulco tertius: Godefridus secundus, Fulco quartus: Fulco quintus, qui Hierosolymorum Rex fuit post Balduinum Regem, cuius filiam ipse viduus duxerat vxorem: Godefridus pulcher cui sociata fuit Mathildis filia Regis Angliæ Henrici eius nominis primi, quibus geniti sunt Angliæ Reges & huius Prouinciæ Comites Ricardus primus & Ioannes: huic hanc Prouinciã eripere voluit Arthurus Gaufredi Britanniae Ducis filius, Regum Ricardi & Ioannis fratris, ipso Ioanne natu maioris, eaq; de causa Prouinciã sibi deberi dicebat Arthurus, qui eius nomine Homagium (vt vocant) fecit Regi Francorum Philippo Augusto, à quo instigatus Pictones Regi Ioanni patruo eripere voluit, quod cum tentaret. & cum exercitu Ligerim fluvium transgressus Mire bellum oppidum obsideret, à patruo ex inproviso superueniente captus Rothomagum abductus ibiq; occisus fuit: id non ferendum rata Arthuri mater Regem Ioannem parricidij accusauit apud Regem Franciæ Philippum, cumq; se iuri non sisteret parricidij damnatus est, sententia Parisiæ Franciæ, eiusq; Prouinciæ Gallicæ Fisco Regis adiudicatæ sunt: quam sententiam executioni mandans Rex Philippus Andegavos deditioe obtinuit, Regiq; Ludouico filio reliquit, huic successit filius Rex Ludouicus nonus vulgo sanctus dictus, hic hanc Prouinciã Carolo fratri Apannagij (quod dicitur) iure concessit, Carolus postea Neapolis & Siciliae Rex fuit, & hanc Prouinciã reliquit filio Carolo Regi Neapolitano, qui Clementiam filiam elocans Carolo Valesio Regis Philippi tertij fratri hanc Prouinciã dotis nomine ei largitus est: huic successit Philippus Valesius filius, qui Rex Franciæ fuit post Regem Carolum Pulchrum. Philippo successit Rex Philippus eius, filius & eo prognatus est Rex Ioanes, qui Andegauensem Comi-



ANDEGAVENSIS DVCATVS
 LE DUC DE BOURBON

Carte de l'Anjou, par M. de la Roche, 1717. Cette carte est une reproduction fidèle de l'original, montrant les contours du duché d'Anjou, les cours d'eau, les villes principales et les paroisses. Le style est caractéristique des cartes de l'époque, avec une attention particulière aux détails géographiques et une présentation soignée.

Carte de l'Anjou, par M. de la Roche, 1717. Cette carte est une reproduction fidèle de l'original, montrant les contours du duché d'Anjou, les cours d'eau, les villes principales et les paroisses. Le style est caractéristique des cartes de l'époque, avec une attention particulière aux détails géographiques et une présentation soignée.

Comitatum filio Ludouico Apanagij iure concessit, eius donationis tenorem ponit Papius Massonus in suorum Annalium rerum Francicarū libro quarto. sequētibus verbis. Damus & concedimus per præsentes, donatione pura & simplici, inter viuos in perpetuum valitura Ludouico secundo genito nostro ad hæreditatem perpetuam, pro se & suis hæredibus, & liberis masculis, ex carne sua & libero matrimonio procreatis, & etiam nascituris, Comitatum Andegauix & Cenomaniæ, saluis & nobis retentis iuribus nostræ regaliæ, exceptionibus Ecclesiæ, fide & Homagio. Quæ verba ex ipsis tabulis, exscribere placuit, Datis Calesij. Anno dñi CCC LX. quæ in scrinio Regio adhuc visuntur, eamq; legem Ioannes, primus in familiam suam intulit, & posteri agnoscunt regno plane vtilem fuisse eaq; factum, ne opulenti dominatus ad extraneos transferint, fœminis successione exclusis. Hucusq; Massonus. Hic Ludouicus à Ioanna eius nominis prima Neapolis Regina adoptatus & Rex dictus fuit. Ludouicus eius nominis secundus, Ludouico patri in ditionem Andegauensem (quæ in Ducatus decus euecta fuerat) successit, hic quoque à Proceribus Regni Neapolitani in regnum euocatus, & Rex dictus fuit Ludouicus eius nominis tertius Ludouico secundo patri in Ducatu Andegauensi successit, hic quoque à Ioanna eius nominis secunda Neapolis Regina, adoptatus fuit: ipsoq; adhuc superstitite Ducatu Andegauensi præfuit, Renatus eius frater, quem suum heredem Regni Neapolitani & Comitatus Prouinciæ instituit dicta Regina Ioanna. Renatus Lotharingiæ Dux fuit ducta in vxorem Isabella Caroli dicti audacis & bellatoris, Lotharingiæ Ducis filia: his genitus fuit Ioannes Calabriae Dux, cui superuixit Renatus pater, qui suum heredem dixit sui fratris filium Carolum, hic heredem dixit Regem Franciæ Ludouicum vndecimum, itaque Coronæ Franciæ Andegauensis cessit Ducatus, eaq; vnitus mansit, donec Rex Franciscus primus eundem suæ matri in vsufructum largitus est. Rex autē Carolus nonus, Regis Francisci primi ex Rege Henrico secundo nepos hunc Ducatum Apanagij iure concessit Henrico fratri, qui primum Poloniæ Rex, deinde Rege Carolo fratre defuncto Franciæ Rex fuit.

ANDEGAVVM oppidum huius Ducatus est Metropolis, regiturq; excellenti Politia, in Senescallatum & Bailliuatum euectum est. sedeq; Præsidiali ornatum Academia claret & eiusdem iurium & priuilegiorum conseruatore habet. Extra oppidum locus est vulgo dictus Grohan vbi quondam Theatrum, à Romanis exstructum fuisse perhibetur, eius adhuc ruinae apparent cum parietinarum murorumq; reliquijs: hoc loco vetera numismata Romanorum imaginibus effigiata reperiuntur.

BITVRIGVM DVCATVS, ¹⁵ VVLGO LA DVCHE DE BERRI.




BITVRIGES natura sunt, & origine Celte, & Gallia Celtice adnumerandi. Ptolemæus hos Bituriges Cubes vocat, ut eos distinguat à Biturigibus Vbiſquis, qui nunc Burdegalenses dicuntur, quod & Strabo obſeruauit in ſua Geographia. In hac Prouincia infinitus eſt numerus Oppidorum, Pagorum, magnorū Burgorum & Vicuū, ſaltuum, montium, riuulorum, fontium, vinetorum: nec deſunt campi ſementi excipiendæ apti, prætaq; pascuis idonea. à multo tempore clara eſt hæc Prouincia, & præ alijs prædicata pecorum copia, quæ nutrit, vnde mercaturam exercent, eaq; per totam Franciam venalia diſtrahunt incole.

BITVRIGVM vrbs, veteribus dicta eſt Auaricum nunc *Bourges* dicitur: ruine docent id quod nunc ædificatum cernitur: minime conferri deberi illis columnis & alijs rebus, quæ ſub terra adhuc latent, aliquandoq; eruuntur effodiunturque è fossa Arenarum (ut vulgus vocat) quondam Amphitheatrum fuit: inter Solange & Nohans ab eo latere vbi ſtagna ſunt, nunc adhuc locus videri poſſit, vbi Vercingentorix ſua caſtra fixit contra Cæſarem, qui Auaricum obſidione cinxerat, quem Princeps ille Gallicus conabatur cogere ſoluendæ obſidioni. Inter magnifica ædificia, quæ in Ciuitate Biturigum ſunt, numeranda eſt magna illa Turris, forma rotunda, tantæ altitudinis vt trium aut quatuor miliarum interuallum viſui exponat: muri Turris tres Orgyæ aut circiter ſpiffi ſunt exterior pars opere ruſtico extructa eſt, Pyramidalis Adamantis inſtar. Turrim mœnia & fossæ profundiffimæ, aſinini dorſi forma aſcendentes excauatq; cingunt: eius Turris fundamenta per Regem Philippum Auguſtum iacta fuere: in vrbe Bituricenſi inter alia magnifica ædificia viſuntur ædes ſumptuoſæ illius magni quondam viri Iacobi coeur, qui vixit tempore Regis Caroli ſeptimi, nunc illas poſſidet nobilis vir Albaſpinæus: in ea vrbe quoq; ſunt ædes Alemanorum, qui Regiæ Gazæ præſuerunt, vti quem diximus Iacobus coeur, magnasq; ſibi diuitias pararunt, quas his ſaſtuofis ædificijs impenderunt, Romanorumq; magnificentiam in ſumptuoſis ædificijs extruendis imitari conâtes. omnes fere nobilitate clari viri, in huius vrbis territorio degentes, in ea ſuas ædes inhabitant, cū nundinæ (quæ Lugdunum translata ſunt, Anno Chriſti c. d. XXCVII) in ea celebrarentur: ornata eſt Academia iuriſprudentiæ, cui nulla tota Gallia par, noſtra verò ætate eam claram reddidit Andreas Alciatus Iuriſcôſultus Mediolanenſis, deinde Iacobus Cuiacius Tholoſan^o: Episcopali ſede ornata eſt, numerantur autem XCVII. eius Episcopos, quorum vltimus Antonius Vailatus Pariſinus. **SANCERRAM** oppidū aliqui dictū fuiſſe putant Gordium, & Sacrum Cereris, quod Dea Ceres ibi coleretur, & Sacrum Cæſaris quaſi Sacellum vel Oratorium Cæſaris, vulgo Sancerre dicitur. Comitatus titulum accepit. An. c. d. XV. cum Comitatu Bellouaceniſi permutatus fuit Comitatus Sancerenſis, quem Rogerius Bellouaceniſis Episcopus, Eudoni Campaniæ Comiti pro Comitatu Bellouaceniſi tradidit, eumq; bonis terris & dominijs Episcopatus Bellouaceniſis iunxit Rogerius: Comitatus Sancereniſi multæ parent Caſtellaniæ vt vulgo vocantur, quarum vulgaria nomina ſunt *Sâcergne, Beaufeu, la chappelle d'Angilon, le chaſtel de Boncard, Ialonges, Tauenaij, Verdignij, Menefme, Charentonaij, Brie, Suzi en Vanx* & aliæ permultæ. **Monsfalco** oppidum eſt & Baronatus, inde dependent parochiæ, & dominia, quæ vulgo dicuntur *de Gron, la Fane, Lyuron, Conij, Villabon, Seurij, Marcillij, Marnaij, Farges, Auor, Salignij, Percignij, Cru, Laſſaij, Boisboſon, Nuiſſement, Villiers & Compoij.*

LVRVVM exiguum eſt oppidum firma arte munitum, quum antiquitate præſtet, non tamen loge extenditur, eiufq; iuriſdictioni ſubſunt oppida vernacule dicta, Cerbon, Merco, Brinaij, & Limeux pertingitq; ad fluuium Cher dictum. **VIERZONVM** oppidum eſt, ornatū tertia ſede tribunaliſ Regij, perpulchre ſitum eſt, ſiluas enim ſaltus, & ferarum viuaria habet, & fluuij vulgus Cher & Eura dicti non longe ab eo fluunt. **DVNVM** Regis vulgo *Dunle Roij* oppidum, ſedes etiam Regij tribunaliſ eſt; cuius iuriſdictione ad multa pulchra loca & Caſtelanias (vt vulgus eas vocat) extenditur. **MEHVNVVM** antiquis Mediolanum quarta ſedes Regia eſt. **CASTELLVM** rufum oppidum, pulchra Arce ornatum in Comitatus decus euectum eſt, à Rege Carolo nono, vt gratam rem faceret

BITVRIGVS BERRY



BITVRIGVS
BERRY
Gallie

ceret Baroni Aumontio, cuius filius natu maximus titulum Comitis Castellii rufi gerit, is antea dominus Estrabonnæ dicebatur. ARGENTONVM oppidū est cum Arce, in qua decē sunt Turres septē magnæ, tres autē minores, quarū vna dicitur Turris Eraclij, in qua Tauri effigies visitur, cui insculpta verba Veni Vici, in dominum agnoscit Ducem Mompēserium, antiquitates quæ circa oppidum eruuntur, id vetustum esse docent. CHASTRA oppidum, vulgo *La Chastre*, firmis muris cinctum est, turribus & fossis profundissimis præstat, Arcem habet perpulchram, subest Comiti Castri-Rufi. AVBIGNIVM, quondam sedes Regalis fuit, quam Rex Ludouicus vndecimus in eo erexit. CONCORDIÆ saltus (vulgo *Concreffault*) habitatoribus frequens est Burgus, munitus Arce situ & opere prope modū inexpugnabili: ad eius iurisdictionem pertinent multæ Casteleniæ (vt vulgo vocantur) inter quas Aubignium. ANGILONVM nomen sui fundatoris gerit, vt potē si diceretur dom Gilon, aut dominus Gilonus. LEVROVXIVM oppidum est probe muris cinctum. CHARROTS oppidum est antiquum, inter Auaricum & Yffouldunum.

VATANVM etiam oppidum est muris cinctum. BOVSSACVM & PEROVSA oppida sunt: Casteleniæ, *Golles*, *Menestier-sur Cher*, *Chateameuff*, *Aigurand*, *Cluis* dominorum est antiquæ stirpis: *Argenton*, *le Blanc ou Berrij*, *Chastre*, *Barancais*, *Paluan*, *Chastillon*, *Preulli*, locus perpulcher & amœnus, Chasteameillât, Linieres, Charroux, oppida & Vici sunt. DEOLS regio vetustate insignis est, & locorū vnus maioris notæ Prouinciæ Biturigum, ager eius regionis vinum fert & lanam, cuius ibi frequens est mercatura, eius iurisdictione se extendit plus quā XX. milliaria in circuitu. C. XX. Feuda & retrofeuda (vt vocant) inde dependent.

COMITES ET DVCES, QVI BITVRIGI- bus præfuere.

TEMPORE Regis Hugonis capeti, vixit Godefridus Comes beneficiarius, aut potius Gubernator Biturigum, à quo originem traxit Harpinus, qui à Rege Henrico primo emit Comitatum & dominium Biturigum, sed eo non diu est potitus, nam se expeditioni terræ sanctæ cum alijs Principibus accingens, Comitatum Biturigum Regi Philippo primo vendidit. Ioannes Regis Ioannis filius, Apanagij (vt vocant iure) Biturigum Comitatum, tum autem in Ducatus decus euectum possedit, mortuus nulla post se relicta prole mascula.

Ioannes, Regis Caroli sexti numerosa prole onerati filius, Biturgiū Ducatum habuit, obiit cœlebs. Carolus Ioannis frater, Biturges obtinuit, & per ludibrium Biturigum Rex nuncupatus fuit ab Anglis, quorum Rex Henricus quintus, vxorem duxerat Catharinam Caroli sororem, in cuius Catharinæ, sponsalitijs caurum erat, vt ex ipsa nascitura proles mascula, in regnū Francicum succederet excluso & exheredato Carolo, quod is Ioannē intrepidum Burgundiæ Ducem (specie tractationis pacificæ ad se vocatum Monasterioli vulgo *Montereau-ou-faut-Yonne* nuncupato) occidisset, cumq; iam Angli omnia passim deuastarent & iam prospero fortunæ Zephyro adiuti nihil sibi non pollicerentur, Ioanna puella Duce, armis victricibus Rhemos ductus, ibiq; coronatus fuit Carolus, A. C. c. l. v. CD XXIX. tandemq; Anglos tota Francia eiecit, fuitq; Franciæ Rex eius nominis septimus: erat autē puella Iohanna, Iacobi Arei & Isabellæ Valoreuriæ filia, nata Dumprini ad Mosam, quæ sexum virilem simulans, tanta animositate arma tractauit: vt stabilendo Caroli regno, Anglisq; Francia expellendis, cœlitus demissa vulgo credita fuerit, Hæc tandem Compendio eruptionem faciens in hostes, capta & in foro Rothomagensi igne cremata est.

Carolus, Regis Ludouici vndecimi frater ab eo Ducatum Biturigum obtinuit, postea Aquitaniæ: desponderat sibi per Procuratorem Ioannam Regis Castelle Henrici filiam, at sponsalitorum tempore veneno ab Abbate quodam iussu Regis fratris sibi propinato apud Burdegalam est extinctus. Ioanna Regis Ludouici vndecimi filia nupta fuit Ludouico Aurelianensi, cui indotem vxoris datus fuit Biturigum Ducatus, sed Regnum adeptus post mortem Regis Caroli octauī, vxorem repudiauit, quam inuitum & metu coactum se duxisse dicebat.

Margareta Regis Francisci soror, nupta fuit Carolo Alenconio Duci, deinde Regi Nauariæ & Henrico Alebretano, ei Ducatus Biturigum in vsu fructum à Rege fratre concessus fuit.

Margarera, Regis Francisci filia, à fratre Rege Henrico secūdo, Bituriges habuit: nupta fuit Emanueli Philiberto Sabaudia Ducis.

16

P I C T A V I A V V L G O
P O I C T O V.



EMINEM latere debet Pictones in Gallijs fuisse, & eorum ciuitatem Pictauium dictam, ducentos plus annos ante quam occidentem ingressi sunt Picti, à quibus originem duxisse Pictones existimant aliqui. Ptolemæus describens partes Aquitanix, quæ magis ad Septem Triones vergunt, & mari fluuioque; vicinas, Pictos (hoc est) Pictones eos nominat, & eorum ciuitatem Augustoritum dicit. Hæc Prouincia, continet 1200. Paroecias quæ tribus Episcopatibus attribuuntur, nimirum Pictauiensi in cuius diocesi XXVII. Abbatix numerantur, Luconensi qui decem, & Maillezaiensi qui quatuor Abbatias sub se habet. Insulæ dictæ *Lisle de Rez* & *d'Oleron* Pictonũ finibus circumscribuntur. Huius Prouinciæ territorium opimum diues, & fertile est, nihilque vitæ humanæ necessarium ei deest. producit enim Frumenta, Vina, Carnes, Ligna, Pisces, Lanam, Linum, Fructus, & quicquid nobiles ad venationem desiderant. Populi natura censenda est, pro Prouinciæ regionibus superiore & inferiore, in quas distincta est. Qui cum illis commercium habuere, iudicant eum populum bardum, stupidum, simplicem, sed malignum: id autem de agricolis intelligendum est, qui astuti & cauti sunt. seque; stupidos simulantes linguaque; sibi peculiari garrientes illis imponunt, cum quibus agunt: natura etenim perfidi sunt, neque; quicquam illis fidendum est, liteseque; supra modum sectantur. Urbium autem incolæ alterius sunt ingenij: nimirum humani tamque; affabiles quam vlli Franciæ regni, faciles, benefici, liberales, iucundi, candidi minimeque; insidiosus: perspicaces tamen sunt, neque; illis facile aliquis imponat: ijs non delectantur, qui fucum alijs faciunt, impostoresque; vel è longinquo norunt: doctrinæ studijs delectantur, bonasque; literas & earum professores amant, interque; eos literis admodum insignes viri reperiuntur. Nobilitas prouida, strenuaque; est, audacia præstat, idque; eos maxime decet cum generosis nobilibusque; viris sint prognati. Rex Francorum Clodoueus, qui Regum Franciæ primus Christo seruatori nomen dedit, Gothos tota Aquitania (sub qua Pictones comprehendebantur) exegit: Regni titulo ea à Gothis insignita erat. Imperator Ludouicus pius, Aquitanix regnum filio Pipino concessit, eoque sine liberis mortuo eius fratri Carolo caluo, qui postea Imperator & Franciæ Rex fuit Aquitania obtigit: at eam hic Arnulpho consanguineo dono dedit, sed abrogato Regni titulo Ducatus insigniuit. Arnulpho ordine successere Guilielmus bonus, Eblo primus, & secundus, Guilielmi secundus & tertius: Guido: Guilielmi quartus & quintus: huius vnica filia & hæres Eleonora elocata fuit Regi Francorum Ludouico septimo, qui cum ei repudium indixisset prætextu affinitatis, eam duxit Henricus Normanniæ Dux, vtile præferens pudicitix fama. Mortuo Stephano Angliæ Rege ei successit dictus Henricus Normanniæ Dux in Angliæ Regnum: ipsi Henrico autem successere tam in Angliæ Regnum, quam in dotales & paternas ditiones in Francia ipsius filij Ricardus & Ioannes: huic Regi Iohanni Arthurus Gaufredi filius (qui Regis Iohannis frater maior natu fuerat) se præferendum dicebat, eique Arthuro Rex Franciæ Philippus Augustus persuasit, vt Pictones Regi Iohanni eriperet: quod cum tentaret Ligerimque; cum exercitu transgressus, Mire bellum Oppidum obsideret: Rex Iohannes ex improviso superueniens, adolescentis copias fudit ipsumque; cepit, Rothomagum abduxit, & occidit. qua de causa ab Arthuri Matre apud Philippum Augustum Parricidij accusatus fuit, Rex Iohannes, cumque; tribus ædictis vocatus se iuri non sisteret, Parricidij damnatus, & eius Prouinciæ Gallicæ Parium Regni Franciæ sententia Regi Philippo Augusto adiudicate sunt, tanquam Feudorum domino: quam sententiam executioni mandans

PICTAVIA VILLO



dans Rex Philippus Pictones cepit, & eius filius Rex Ludouicus octauus oppida quæ Anglus adhuc intra Ligerim & Garumnam flumina possidebat, expugnauit: cuius filius Rex Ludouicus nonus vulgo diuus nuncupatus, Pictones fratri Alfonso concessit, quo sine liberis mortuo, in potestatem Regis Philippi tertij venire Pictones, in eiusq; posterorum ditioe permansere, donec regnante Philippo Valesio, Eduardus tertius Angliæ Rex, Pictones ei ademit: & per pacificationem inter eundem & Regem Francorum Ioannem (post huius captiuitatem) in Pago Bretignio, prope Ciuitatem Carnutensem, conclusam, Anglo Pictones mansere, cum tota Aquitania, cuius limites præfiniti fuere à Septentrione, Fluius Ligeris, à Meridie autem Pyrenæi montes. Rex Eduardus ex Ducatu Aquitanix Principatum fecit, filioq; cognomini eundem concessit, cum autem hic Aquitanis grauissimum tributum imperasset, magna eorum pars ab ipso defecit, seque Regi Francorum Carolo Quinto tradidit, eiusq; nepos Rex Carolus septimus Anglos tota Aquitania anno dñi ccccliii. expulit, filioq; Regi Ludouico vndecimo reliquit: hic eâ fratri Carolo concessit, & cum hic è vita demigrasset, rursus Aquitaniam Rex Ludouicus recepit, Regique Carolo Octauo filio reliquit, fuitque Aquitania deinde in potestate Regum Franciæ.

PICTAVIVM Ciuitas multis egregijs ædificijs ornata est, summa nimirum æde, quæ Beato Petro dicata est: Arce, palatioque cui contigux sunt Arenarum ruinae, quæ testantur, Pictauium à Romanis conditum esse. Academia floret, quæ anno dñi cccxxx. regnante Carolo septimo erecta fuit Episcopali quoque sede decoratum est Pictauium. Belleforestius nomina recenset xciii Episcoporum, qui Pictauio præfuere, quorum postremus Carolus descarsius.

CIVITATES REGALES IN HAC

Prouincia sunt.

NYORTVM, Partenayum, Montmorillonum & Lusignanum, quibus addita est Siurayum erecta in Senescallatus dignitatem.

RVPES super yonnam Principatus titulo ornata est familiæ Regaliæ Bourboniæ.

CHATELHERAVTVM Oppidum ducatus titulo clarum est, Touartium Vicecomitatus est, sicut & Aunayum & Rochechouartum.

BARONATVS TITVLIS IN-

signita sunt.

MAVLEONVM, Partenayum, Tallemontium, Sant Magentum, Mella. Chiza, Chauignium, Angla, Luffacum, Oyruaü, S. Lonü, Bressuyra, Charroü, Chastegnerayü, S. Mesminü, S. Egidius super Virá, Paluiaü, Les Sables d' Aulonne, Maruilü, S. Hermina, Montagu, La Motte S. Beraye, Cona, quod clausum est oppidum, Viuonna antiqua & illustris est familia, Castellacher, S. Hilaire, Mortemer, Luzay, S. Sauin, Lislefourdain, S. Benoist du Sault, Bourgneuff Maig. Brige, Vouuert, Meme, Chefboute, Tuffon, Villefaignaix. Sansaium oppidum est cum Arce ei sub sunt duo Decanatus, duæ Castellaniæ, & magnus nobilium numerus.

BORBONIAE DVCATVS,

VVLGO LA DVCHE DE BORBONNOIS.



VI V S Prouinciæ populi antiqui sunt, illi Boy fama celebres, quorum tantę fuere vires, vt Cenomanis & Insubribus iuncti, Thuscorum superbiam & arrogantiam domuerint, ipsorum dominium occuparint, sedesque æternas fixerint in ea Italiae parte, quæ Romania hodiæ dicitur: eam Romani Galliam togatam dicebant, eo quod Galli qui Romani iuris facti erant, ibi domicilium haberent. Nomen hæc Prouincia sumfit à loco, quo primū potiti sunt Proceres, qui postea toti Prouincię præfuerunt.

MOLINIUM vulgo Molins oppidum, Cæsar Gergobinā dicit: ad fluuiū Allyerum, quem Cæsar Elauer dicit situm est: antiqua sedes fuit Ducum huius Prouinciæ, postea domus deliciarum Regum Francia, & sedes Regia.

PETRI fanum, vulgo *S. Pierre le moustier*, locus est recens, nec antiquitatis nomine celebris: Sedem præstat Præsidi, cui subditi sunt Bailliatus dicti oppidi, & sedes quę vulgo dicuntur *Douziotz, Xaincoins, Cusset*, & aliæ, quarum vna pars in Aruernia, alia in Neuernio sita est. BORBONVM, oppidum antiquitate clarum est, nomenq; dedit Prouinciæ, Territorium quod vulgo dicitur *Beauuoulois*, antiquum est domanium (vti vulgo dicitur) Regalis familiae Borboniæ.

Principum qui huic Prouinciæ præfuerunt hæc est series.

AQVITANIAE regibus quondam subdita fuit Borbonia: postea Proceribus, qui domini Borbonij ab cognomine oppido vocabantur, sed cum Beatrix filia vnica & heres Agnetis Borboniæ, & Iohannis Burgūdi nuberet Roberto Frāco Regis Ludouici IX cognomēto Sācti filio (cui pater Apanagij q̄ vocāt iure Comitatus Claremōtanū in Bellouacensibus dederat) cautū fuit vt nomē vxoris gereret, quo Borboniæ nomē ad posteros trāsmitteretur: Roberto & Beatrice prognati sunt Ludouic⁹ qui parētib⁹ successit, Ioañes Claremōtanus oppidi fanī Iustini in Cāpania domin⁹: Petrus Archidiacon⁹ Lutetię Parisiorū & filię duę.

LYDOVICVS Magni cognomento claruit: à Rege Philippo Valesio primus Borboniæ Dux institutus fuit Anno, C. cl. CCC. XXIX. ex Maria Ioannis Hannoniæ Comitissæ filia genuit Petrum qui successit, Iacobum progenitorem Comitum Marchiæ & Vindocinij, Philippum Belloiocensem dominum, Mariam & Beatricem. Petrus Borboniæ Dux secundus, & Molinij Dominus fuit, occubuit in prælio Pietauiensi cū Anglis commisso, ei ex Isabella Caroli Valesij Comitissæ filia nati sunt Ludouicus qui Patri successit, Iacobus Marchiæ dominus & septem filia. Ludouicus cognomento bonus, in vxorem duxit Beraldī delphini Aruerniæ qui Simus Dux dicebatur & Ioanne Forestanę, filiam Annā, quæ ei peperit Ioannē qui patri successit, Ludouicum, & Iacobum Prausij dominū. Ioannes ducta in vxorem Maria Ioannis Biturigum Ducis filia, Borboniæ & Aruerniæ Dux fuit Comes Claremōtis, Mōpenseri, Forestij, Bellijoci, & castri Chinonis domin⁹, ex eo prognati sunt Carolus, qui patri successit, Ludouicus Comes Mōpēserius (ex quo Duces Mompenseri prognati sunt) & Iacobus. Carolus, Regis Caroli VII partes cōtra Anglos & Philippū bonum Burgundię Ducē est sequutus, cum quo tandē mediante & adnitente coniuge: Agnete Burgūda huius sorore, pacē fanciuit: Agnes ei peperit Ioañē, qui successit, Ludouicū, Petrum, qui postea Dux fuit, Carolū Cardinalē, Archiepiscopū Lugdunensem: Ludouicū Episcopū Leodiensem, Iacobū & quinq; filias. Ioañes secundus Borboniæ & Aruerniæ Dux, Comes Clarimoutis Forestij, Insule & Marchiæ dominus Belliciori & castri Chinonis Regni Frācici Par & Connestabilis fuit, licet trigamus tamen nullis relictis liberis obiit. Petrus Ioanni fratri successit, Francici regni Par & Cubicularius magnus fuit, ex Anna Regis Ludouici vndecimi filia genuit filiam Susannam, quę patri successit. Susanna nupta fuit Carolo Comiti Mompenseri Franciæ Connestabili, per vxorem Borboniæ Dux octauus fuit, hic à Rege Francisco I. defecit ad Imp. Carolū V. cuius auspicijs vrbē Romā oppugnans, glāde plumbea traiectus occubuit, nullis relictis liberis. Rege autem post Susannę mortem Borboniā sibi vëdicante Comites Vindocinēses arma titulumq; iure cognationis retinere.

NEVERSII DVCATVS, VVLGO

LA DVCHÉ DE NIVERNOIS.



NEVERSIVS Ducatus admodum late patet, tribus nauigabilibus fluuijs irrigatur, nempe Yonna, Alliero, Ligeri, alijsq; qui nauigationi apti non sunt, quorum vnus Nyeura dictus commendatur à pulchris pratis, quæ lambit & humectat, pistrina & molas ferri nunquam intermittens versat: alij dicuntur vernaculæ, Luxente, Lamboijs, Aron, Aferne, Accolin, Besbre, Arrou & Quieure. Territorium huius Prouinciæ planum est, ligno pascuisque abundat, id in causa est quod incole de passione tantum curam gerant, tenues sint, parumq; laute viuant, nec enim Aratrú fruges, nec cultura vina præstat, nisi aliquibus in locis inter Niuersum & Caritæam oppida, & alijs quibusdam Castelanij: attamen argenti venis abundat hæc Prouincia circa Fani Leonardi oppidum, quæ tamen hoc tempore non effodiuntur: verum ferri venæ diligenter perscrutantur atq; eruuntur, quod lignorum affatim hæc Prouincia suppeditet, lapideisq; carbonibus incole vtantur, qui circa Dezisam oppidum effodiuntur. Lapidés ædificijs faciendis idonei, omnesq; alios Franciæ præcellentes, duobus circum Neuersum oppidum miliaribus eruuntur. Ducatus Neuersus XIII. oppida clausa continet, quorum Neuersum Metropolis est: Dezisa in insula Ligeris situm: Clamecyum, Donzyum, Molinium, Angilbertsum, Corbignium, Fanum Leonardi, San-Saugum, Luyziû, Premecyû & alia, iurisdictionem in XXX. Castelanias habet Neuersiû. NEVERSIVM oppidum, nomen sumit à paruo riuulo, qui Nyeura dicitur, hic oppidi muros lambens, in Ligerim labitur, antiquitate clarum est oppidum, idq; quod Cæsar Nouiodunum vocat, in ipso Arx est Imperij & Palatium Ducum, qui ei nunc præsunt, & Comitum antiquorum Niuernicorum, cinctum est vndiq; duro firmoq; muro, quem Turres muniunt, fossasq; profundas circumquaq; habet: à latere quâ Meridies, Ligeris murum alluit, is pôte ex pulchro lapide secto, stratus est, quem Arcus & fornices XX. elegantes superbè sustinent: Nyeura riuulus oppidum ab Orientali latere cingit, ab alijs verò partibus alluitur infinito fontium numero, quibus oppidi fossæ, facile impleri possunt: vtq; oppidum securius sit, minusq; subitis casibus obnoxium, nulla hic visuntur suburbia, sed omnia oppidi ædificia intra mœnia conclusa sunt. Infra ipsum dimidij fere Miliaris itinere, Aruernorum fluuius Elauer, vulgo Allyer dictus, se Ligeri miscet, eo loco, qui à confluentia fluuiorum (quæ hic est) vulgo Conflans, quasi confluentia dicitur. CASTRVM Chinonis, & Lorma oppida sunt.

COSNA oppidum est, eius pars vna Regem, alia Ducem Niuernicum dominum agnoscit.

Ducum qui huic Prouincia præfuerunt series hæc est.

Ioannes Cliuix Dux secundus, Marchiæ Comes, ex vxore Elisabetha Ioannis Stamparû & Neuersij Comitum filia, genuit Ioanem, qui Cliuix Dux fuit, Adolphû qui in pueritia mortuus est, Engelbertû & Theodoricum Neuersij Comites, Philippû qui Neuersij Episcopus fuit, & Mariâ quæ Sabaudiæ Duci desponsata quidem, sed morte abrepta non nupsit. Engelbertus patri successit, titulûq; gessit Comitum Neuersij, Auxerræ Rhetelesij & Stamparû de quibus tamè, cû ipso contendit Ioanès Alebretanus, qui Carolâ Ioannis Stamparû Comitum filiam, in vxorem habebat, quæ controuersia tandè sedata est, authore Rege Francorum Ludouico XII. qui Engelbertum creauit Neuersij Ducem primum, is induxit in vxorè Carolam Ioannis Vindocinensis Comitum filiam, quæ ei peperit Carolû qui patri successit, & Ludouicû qui titulû gessit Auxerræ comitis. Carolus Neuersij Dux secundus, ex vxore Maria Alebretana sorore domini Alebretani genuit Franciscû, qui patri successit. Franciscus Neuersij Dux tertius, duxit in vxorem Margaretam Borboniam, Caroli Vindocinensij Ducis primi filiam, quæ ei peperit Franciscum Neuersij Ducem, Eusij Comitem, qui perijt in pugna Druydensi Anno C. cl. D. LXIII. Iacobum Marchionem Iusule, qui fratri non diu superfuit. Henricâ Cliuensem, quæ titulû Ducis Niuersij gessit, nuptâ illustri Principi Ludouico gôzage, Friderici Ducis Mâtuani & Margarete paleo logæ Môtisferati Marchionis filio. Catharinam, quæ primû nupta fuit Antonio crouxio Principi Porciano, Seniganiæ Comiti, post eius mortem, Henrico Lotharingo Guisæ Duci: Catharina habuit ex parte hereditaria Comitatum qui vulgo Eu dicitur & alia bona. Mariam Marchionem Insulæ Comitem Beaufortij nuptam Ludouico Borbonio Principi Condæo.

ANGOLISMENSIVM¹⁰ DVCA TVS, VVLGO ENGOVLESME.



M AEC Prouincia patet xxiiii. milliaria in longitudine, in latitudine verò xvi. Longitudo est autem ab Oriente Occidentem versus, Latitudo autem à Meridie se extendit ad Septentrionem. Frugum & Vini optimi sapidique fertilis est: valles montibus vicinæ, viridarijs aptissime sunt, easque tanta pulchritudine excellere scribit Belleforestius. ut se ignorare affirmet, num in Italia aliquid excellentius sit. Ille valles magnam vim cannabis producant, aquæ enim ad manum sunt, quibus sementem irrigent, non desunt ligna, ea enim petunt ex sylua vulgo Bacona dicta, quæ se in clo l. l. iugera extendit.

POPVLVS Angolismensis (de ciuibus Metropolitanæ vrbs agitur) ingenio valet, nec se in postremis habendum ducit: elatus est, sibi que placet: mercatura ipsi cordi est. potiorque ipsorum pars ex redditibus viuunt, unde pro nobilibus se vendit: familie longa antiquitate, & factis illustres, in hac prouincia sunt: Literas plurimi faciunt, magnifici & humani sunt: res nouæ ut alios Francos eos oblectant: rura colentes bardi, rudesque sunt, ipsique vicinorum populorum stupiditas adheret: laboris patientes, obstinati, ad arma apti, animosi & audaces sunt.

ENGOLMIVM siue Angolismia vrbs, notas habet magnæ antiquitatis, non longe ab ipsa est scaturigo, aut potius Abyssus admiranda, vulgo dicta Touure, quæ latitudine Charentam fluium superat, in quem se hæc Abyssus exonerat. Abyssi fundus non reperiri posse existimatur, nec aliquis certo statuere potest, unde hic fons. tanta aquarum copia insignis & profundus, originem habeat, cinctus est herbosis & lætis collibus, coopertus verò cygnis: vulgari prouerbio, hic fons stratus esse dicitur optimis Trutionibus, qui Salmones sapiunt. Castellum nouum & Cognacum oppida sunt Regalia. Albeterra oppidum est.

RVPESFOCALDIA Comitatus titulo claret.

MARTONVM oppidum super fluium Bandiat, secundo genitorum est Rupisfoaldia gentis.


LANZACVM Villebosium & Mareulum sunt illustris familie Mareulæ.

MOMBERONVM dominorum est, Mommorenciorum sicut & Boutenilla, In hac Prouincia multi adhuc sunt Burgi, Arces & Castella.

*DOMVS ILLVSTRES IN EA SVNT, &
vulgo dicuntur sequentes.*

Corlieux, Les fenestres, Baiols, Aruaults, Estiuales, Iammers, Tillets, Potiers, Terrassons, Nemous, Les Pilles, La Place & alia.

REX Carolus quintus, qui Sapiens dictus fuit, Comitatum Angolismensem Anglis eripuit, filioque Ludouico dedit: huic matrimonij vinculo iuncta fuit Valentina Ioannis Galeacij ducis Mediolanensis filia, quæ ei peperit Carolum, Philippum, Iohannem. Hic Iohannes Comitatum Angolismensem habuit, & ex Margareta Rohana genuit Carolum, qui ex Ludouica siue Alojjsia filia Philippi Comitis Bressani & Segusiani, qui postea Dux Sabaudia fuit, habuit Franciscum & Margaretam: Franciscus duxit Claudiam Regis Ludouici XII. filiæ & socero sine mascula prole defuncto, in Regno successit, ex Comite Angolismensi factus Rex. Hic Comitatum Angolismensem in Ducatus decus euexit, matrique suæ dedit: post cuius mortem titulum Ducis Angolismensis gessit filius eius



ANGOLISMIA
ENGOVLESME
SONTONES
Cantonge
RUPELLA
Sa rochelle

eius Carolus: quo sine liberis defuncto Angolismensis Ducatus Coronæ Franciæ vnitus fuit, donec Carolus Regis Francisci primi ex Rege Henrico secundo nepos, Ducis Angolismensis titulum gessit: sed Regnum Francicum adeptus, post mortem fratris Regis Francisci secundi, datus fuit hic Ducatus, Henrico eius fratri, qui postea Polonia Rex fuit, deinde Franciæ, cum Rex Carolus frater, nulla relicta mascula prole defunctus esset.

*SANTONVM PROVINCIA, VVL-
go Xaintonge.*

ANTIQUIS noti fuere Santones: Strabo enim qui vixit tempore Augusti, & Ptolemaus, qui circiter annis CL. post eum fuit, quamuis pauca de Santonibus scribunt, tamen illos apud mare sedes habere, inter Pictones & fluuium Garumnam memorię commendarunt, tria q; illorum loca, Mediolanium nempe, Portum, & Promontorium Santonum nominant. Huius Prouinciæ Territorium nulli in Europa cedit, veterelq; Absynthium & Alumen Santonicum alijs prætulerunt.

Xaintes Ciuitas quondam Mediolanium, semper pro Metropoli huius Prouinciæ habita fuit. Romani nomen illi mutarunt, eamq; nomine populi qui ei imperabat appellarunt, vti etiam accidit Perigurijs, Lemouicibus & Parisijs. antiquitates quod atrinet videtur ibi adhuc fundamēta, ruderaq; ruinarū Amphitheatri, ei simile, quod Perigordij est extra urbem: & circa iter quod San-Iano-Angelium oppidum versus tendit, visuntur aliquę ruine Aqueductus, aquarumq; & fontium canales, qui in Ciuitatem ducebantur, sed maiore admiratione dignus est Arcus antiquus in ponte fluuij Charentæ ante Ciuitatem. Episcopali sede ornata est, & Belleforestius nominat LXIII Episcopos qui ei præfuerunt, quorum vltimus est Tristanus Bisetus.

Blaye, Oppidum dictum fuit Blaia militaris, quod ibi statua haberent Romani, quibus limitum cura demandata erat, incolę gloriantur magnum illum Rolandum Palatinum, in eorum oppido natum esse, eiusq; Comitem fuisse.

San-Iano-Angelium, vulgo Sant-Ian-d'Angeli aut d'Angeri oppidum est: nulla vetustate commendatur, tamen ex præcipuis Santonum est.

Barbesieux oppidum est: habet adiunctam Arcem, subest Carolo Rupefo caldio Equiti ordinis conchyliati Franciæ.

MARANS frequens Pagus est, quem valida Arx tuetur, titulum Portus marini habet.

MARENES, mari vicinum esse nomen indicat, totaq; hæc Regio maritima est, locusq; commodus vbi sal solis feruore excoquatur.

BURGVM oppidum est aliorum Burgorum, Arcium & pagorum huius Prouincię multus est numerus, ex quo de Territorij præstantia fieri potest iudicium. Insulæ vulgo *de Rez* dictæ, alięq; Territorij Marenne ditionis sunt Santonum.

RVPELLA VVLGO LA ROCHELLE.

SITA est Rupella in eleuatione Septentrionali XLV. graduum, nulla antiquitate commendatur. Reges Franciæ eam extrui curarunt, ob portus commoditatem, vtq; incola resistere possunt Piratis, qui totam oram Armoricam deprædabantur: fere solus est Portus Prouinciæ Santonicæ, vbi naues commodam habere stationem possunt: itaq; Asylum & munitio totius Prouinciæ est, ab vno latere ei mare vicinum est, ab alio paludes, nullus fere ad eam tormentis, bellicis aditus est, quibus quati possit: muris, propugnaculis, fossis & alijs munitioibus, tam probe munita, vt nulla Galliæ vrbs, cum ea contendere possit, siue munitioes, siue diuitiæ spectentur: nõ hic agitur de amplitudine: nam ea multo ampliores reperiuntur, sed ex cum Rupella de splendore & omnium rerum copia contendere non queant.

LEMOVICVM PROVINCIA, VVLGO LIMOSIN.




LEMOVICES sunt indigene, & Aborigenes, idemq; ille populus Gallicus, ibi satus & nutritus, à tempore dispersionis hominum, quæ facta fuit tempore filiorum Noë. Verisimile est fundatorem Ciuitatis Limosij, & Lemouicum patrem fuisse Lemouicem, qui aut à Gomoritis oriundus est, aut (sicut magna Principum Celtarum pars) sanguine cretus fuit magni illius Herculis Lybici: qui cū in Hispanias penetrasset, montesque Pyrenæos transcendisset aliquantulum in Gallijs egit. Hocuic Prouinciæ præ alijs Galliæ peculiare est, quod cum scriptores, alias Galliæ Prouincias tantū nomen, Ciuitatum autem vnde populi dicti sunt, nullam faciant mentionem, hic contrarium accidit: Nam Cæsar Lemouicum & eorum Ciuitatis mentionem facit, eosque scribit inter primos fuisse, qui se ei tradiderunt: pacis namq; amantes & discordiæ inimici erant. Postquam autem cum Cæsare fœdus iniissent Lemouices, Principi paruerunt qui fœdere coniunctus erat Romanis, quibus subditi fuere, donec illos Gothi expulissent, totamq; occupassent Aquitaniam. Franci cum Gothos eiecissent Comitem Lemouicibus dederunt, sed sola potestate Gubernatoris præditum: Et quamuis in Historijs nominetur Dux Diederus, pro Gubernatore tantum, tamen est habendus: Hos Reges pro arbitrio creabant, & vno eodemq; tempore Prouincijs præerant Duces & Comites, hi vt ius administrarent (nam nomen Comitum iuris administrationem secum trahebat) illi autem vt rebus bellicis præessent. Etsi autem superior Regio (in superiorem enim & inferiorem diuiditur) sterilis videatur, tamen fruges omnis generis, maxime filigo, hordeum, panicum, castanæ & rapæ, abunde ibi crescunt: nec vinum deest Limosij, acerbum tamen valdeq; ingratum, at quod ex inferiori parte eo defertur, vix ipsi vino Burdegalensi cedit: ibi quoq; bibuntur vina eo delata ab Fano Gualteri, Argentono, Angolismensi ditone & Quercetana: panis, fructus, aucupioque capra & venatione, aliaque delicatiora illic vili venduntur, lauteq; viuuntur Limosij & regionibus vicinis, incolæ enim regionis sobrij sunt, paruoq; contenti: nec fere ibi vinum bibitur quam in oppidis: delicias abhorrent, vnde sani sunt, alacres adexteri, fortesque, prudenter rem familiarem agunt, verentesque ne ea deterior fiat, videri possunt in pagis familiæ, in quibus senex filios, nepotes, pronepotes, & abnepotes ex se genitos in eisdem ædibus videt, qui matrimonia inter se contrahunt, nec ad ea contrahenda dispensatione est opus, nec bona diuisa interq; ipsos partita fuere. Belleforestius scribit se vidisse familias, in quibus homines centum essent, hoc modo cognatione coniuncti, quiq; simul in communi viuebāt, sicut in Collegijs fit. Lemouices sunt industrii, maturi, graues, subtiles, cauti, nec nimis suis in actionibus precipites: diligenter negotia procurant, laboriq; incumbunt: ad alijs gratum faciendum satis prompti. Lemouix paulo est tenacior, domiq; fordidiior, sed nobilium alia est ratio, hi enim magnifici generosiq; animi sunt, Ciuitatum oppidorumq; ciues rusticis sunt ciuiliores: in summa in Lemouicibus resplendet magna simplicitas, cui adeo probum iudicium est coniunctum, vt de ipsis vere dici possit, ipsos hominum esse semen, quod partim adhuc spiret veterum Romanorum indolem, partim antiquam illam Gallorum naturam. Lemouices adeo panis sunt voraces, vt prouerbio dicatur, Lemouix panis heluo.

IN SUPERIORI PARTE SVNT OPPIDA SEQVENTIA.

LIMOSIVM oppidum partim in valle, partim in festigio monticuli situm, faris
lene

LIMOGIANA PROVINCIA LIMOSIN gallice



bene muris firmatum fossisque cinctum est: abundat aquis, quas limpidus fons suppe-
ditat, qui in superiori oppidi parte est: tantum ibi mercatura & commercium viget, vt
ei qui animaduertit situm oppidi, longe à mari celebriq; via distantis: quod etiam nullo
fluuio navigationi apto alluitur, plane impossibile videri possit, nisi id oculis coram cer-
neret, vix enim quispiam inuenitur qui se mercaturæ non dat, aut domi otiosus desidet:
vsque adeo populus negocijs deditus, hostisq; desidiæ est: feminæ laboriosæ sunt, castæ,
nec valde sollicitæ vt se parent comantque: attamen pulchræ sunt, misericordes pieq;
Fanum yrieri oppidum pulchritudine præstat, mercaturæq; deditum est. Fanum lu-
niani nomen habet ab Abbate sic dicto. Fanum Leonardi Abbatia est magni nominis.
Pierre buffiere, magnus est pagus, cui alti montes vineris consiti imminent. Chastus vrbs
famam adepta est propter nundinas pecudum & equorum, Guiennensium frequentia
celebratas, quæ nundinæ fiunt, ipso die Georgio sacro. Grandimons Abbatia est caput
ordinis Grandimontensis.

*FAMILIAE ILLUSTRES IN HAC
superiori parte.*

PETRA buffiera, Castellum nouum, Carsia Vicecomitatus honore fulget: Rupe-
schouarta, quæ inter antiquiores Guiennæ ponitur. Magnacum cuius caput Antonius
Noueuillanus.

*OPPIDA PARTIS INFERIORIS
hæc nominantur.*

TVLLA, Ciuitas est Episcopalis, intra montes in aspero territorio sita, nucibus
abundat, Sedesque est Bailliatus. Vzercha, pulchrum est oppidum, dulcemque aë-
rem spirat, ad flumen Vezeram situm. expugnari non posse dicitur, vnde & prouerbum
est, eum qui ædes Vzerchæ habet, Arcem in Lemouicum ditione possidere: Hic honos
Vzerchæ oppido merito debetur, gloriarique potest, se Anglis qui totam Guiennam pos-
sederunt semper restitisse persistisseq; in fidelitate & obedientia, quam Coronæ Franciæ
promiserant. Briua oppidum, situm est in læta fertilique planicie habetque sylvas, vi-
neta, terras sementi excipiendæ aptas, prata, & quidquid optari posset ad vitam necessa-
rium. Sedes est Senescalli, Briua quondam ditionis Perigurianæ fuit, sed Rex Carolus sex-
tus Lemouicum Prouinciæ adiunxit. Treignacum, Donzenacum, Allassacum, Bellus lo-
cus, Meiffacum, Vffetum, Sanctum Angetum, Belmontium oppida sunt.

*FAMILIAE ILLUSTRES IN EA
habentur.*

POMPADOVRA, Aumontia, Roffignacia, cuius caput Carolus Roffignacus E-
que, San-Iala, Gemma & aliæ quarum tanta est multitudo, vt vix vlla sit regni Galliæ
Prouincia, ei nobilibus, ditibus, generosisque viris par.

ARVERNIA, VVLGO²⁰ AVVERGNE.



ANTER Galliaë populos Aruerni non postremi fuere, popululq; qui hinc originem traxit omni tempore se non vile esse docuit, semperq; se extulit, indeq; se oriundum prædicauit, vnde & Romani, quorum magnificentiam sibi imitandam proposuere Aruerni, reliquaq; Galliaë imperitare voluerunt: cūq; Galliaë imperium in duas factiones diuisum esset, Aedui nunc Augustodunenses vnus: Aruerni alterius caput erant, vt scribit Cæsar. Longo ante Christi natiuitatem tempore, Aruerniq; præfuerunt Reges, quorum vnus Bituitus nomine, à Fabio Maximo captus, Romamq; ductus fuit. Tota hæc Prouincia fertilis est, excepta ea parte, vbi vinum crescere nequit, propter frigora & montes Cantalos quorum cacumina, semper niuibus rigent sicut & montium Capitis capræ, Leeng, & flagheolę, ex quorum pascuis ingens lucrum incolis manet, & ex caseis quos conficiunt, Omnis Prouincia in duas partes diuisa est: hæc tabula superiorem ob oculos ponit, inferior (quæ Limania dicitur) singulari tabula describetur.

CIVITATES ET OPPIDA IN HAC SUPERIORI PARTE SUNT.

San-Flourum primaria huius partis est Ciuitas, sita in alta rupe excisa, quod eius conspectum plane admirandum reddit: quondam Prioratus fuit cum magno vico, dicebaturq; Mons planus, sed populo vndiq; eo confluyente, muris cingi cept, inque opulentam Ciuitatem excreuit: Episcopi sede insignitur, quorum Antonius Leuius decimus nonus est.

Orilhacum oppidum, sedes est antiqua Bailliatus (vt vulgus vocat) ex quo ipsum oppidum dependet, atq; San-Flourum, Carlatum, Muratū, pagi q; vulgo Sailleres dicti, Mauriacum, San-Martinus marmarouxius alijq;, quibus non est aliud mercimonij genus, quam pecudum quas facile nutriunt: Territorium pagorum qui supra nominantur, frugibus abundat. Pongibautū oppidulū est, huic vicin⁹ est pag⁹ Roya, in quo argēti fodina ferax est, quę magno emolumento effoditur: Oppidulū & pagus nobili viro Fayette parent. **BESSVM** oppidum, mōri qui Aureus dicitur vicinum est: quarta hinc miliaris parte, distat mons, in cuius fere fastigio lacus est, qui se late extendit, ad cuius fundum pertingi non potest, nulla in eum aqua influit, saltem quæ videri possit: hoc visu quidem est mirabile, horrendum vero, qd si quis aliquid in eum proijciat, certus ille sit, se mox auditurum tonitrua, subsequuturaque fulgetra, pluuiam grandinemque. ab hoc lacu, non procul est Crypta, cuius Os rotundum est, vulgo Creux de Soulcis dicitur, & Abyssus cuius profunditas explorari non potest, simile aliquid habet cum supradicto lacu: si enim lapidem in eam aliquis proijciat, auremq; admoueat, audiet murmur ingens strepitumq; mirabilem, qui tonitruo ex longinquo venienti similis est: æstiuis mensibus, etiam si nihil in eum proijcias, strepitus est in concavitatibus, vti humores agitantur: dici forte posset ventos inesse, eosq; inuicem aduersos flare. Aquæ calide locus est munitus II. aut X. miliaribus à San-Flouro, balneis calidis scatet. Rupes dagoa pagus est, X. miliaribus à Claromontio oppido: Marchiam versus tendenti, occurrit Rupes mediocriter magna, ex ea si aliquid frangatur, lapides natura clari, & Adamantis acuminati instar parati inueniuntur, quos si quis artifex vel potius inpositor Monilibus artificiose infereret, illos prima fronte, pro Adamantibus orientalibus extruderet, nec ei alius esset subeundus labor, quam vt illos expoliret, sunt enim re ipsa pellucidi & acuminati. Frumentala, Vedrina & Girena montes sunt, ij æstiuis mensibus multitudine pecudum & iumentorum pascencium cooperiuntur, vnde incole magnum sibi commodum & diuitias parant. **CAVA**, vulgo Creux de Fontanet, & lacus dictus le lac des marguilliers in hac Prouincia sunt: in lacū nec fons nec riuus influit, neque vna aquę gutta ex eo effluere cōspicitur, quāobrē in vno eodōq; statu permanet. Motel gelatum stagnum est ad pedes montium, qui Limaniam spectant, idem nomen est pago ei vicino, aqua stagni limpida est, eiusq; arenæ tam lucidæ transparentesq; sunt, quam aurum limatū: has



has Mensarij alijq; scriptores superfundunt scripturæ, ne papyro plicata deleatur, eaq; arena superfusa, aurea videtur: si quis aquas stagni (quod profundum est) intuetur, arenę rubescens splendor, oculos adeo hebetat, vt impossibile sit, in eas visum diu defigere.

*COMITVM QVI HVIC PROVINCIÆ
præfuere series hæc est.*

Guilielmus hugo Eblonis filius, Comes Pictonum, Dux Aquitanix. Comes Aruernix, Guilielmus cognomento stuppeum caput: Guido: Guilielmus godefridus, genuit Guilielmum Aquitanix Ducem, Raimondum Pictonum Comitem, Henricum & filia, quam collocavit Roberto Bolonię Comiti, in dotem dato Aruernię comitatu, quo ex matrimonio natus est Robertus secundus, qui & Druydū Comes fuit: Robertus tertius cognomento magnus quo prognati sunt Guilielmus, qui patri successit, Guido Cardinalis Ioannes, Robertus & Godefridus: Guilielmus genuit filiam Ioannam, quæ nupsit Regi Francorum Ioanni, decessit vero nullis relictis, liberis, quare ei successit Ioannes patruus & huic filius Ioannes, qui nullos liberos post se reliquit: Itaq; successit Godefridus, filiorum Roberti magni vltimus qui ex Ioanna ventaduria genuit Mariam, quæ nupta fuit Anneto turrio, quo natus est Bertrandus Aruernix & Boloniæ Comes, dominus Turris, qui post se reliquit filium Bertrandum, quem Rex Ludouicus vndecimus coegit sibi cedere Comitatum Boloniensem, & eius loco accipere Comitatum Auragueensem: Bertrandus ex vxore Ludouica domini Trimolliæ filia, habuit Ioannem qui patri successit, is in vxorem habuit Ioannam Borboniam quæ ei peperit Annam & Magdalenam: Anna patri successit, ex Duce Albanix Scoto, cui matrimonij vinculo iuncta erat, nullos edidit liberos, quare ei successit Magdalena soror, quæ nupta fuit Vrbinatium Duci Laurentio Medico, eiq; peperit Catharinam, Regis Francorum Henrici secundi vxorem, ex quibus nati sunt

Franciscus primogenitus, qui patri in regnum successit, in vxorem duxit Mariam Stuartam Scotix Reginam, ipse in limine cum adolescentiæ, tum Regni ex apostemate cerebri obiit, nullis relictis liberis.

Isabella nupsit Philippo Hispaniarum Regi. Claudia matrimonio collocata fuit Carolo Lotharingix Duci. Ludouicus Aurelianus nondū bimus mortuus est. Carolus Maximilianus, qui postea Caroli IX nomē sumpsit, decennis Francisco fratri in regno successor datus, ex Elisabetta Austriaca Imp. Maximiliani I filia, genuit Mariam Elisabetham, ipse acuta febre, cum multa sanguinis effusione extinctus.

Henricus Andium & Engolismensium Dux, in castris ante Rupellam, à Polonis Rex salutatus, in Poloniam profectus, & Regio diademate insignitus est, intellecta fratris Regis Caroli morte, in Galliam reuersus: regno Francix inauguratus fuit, in vxorem duxit Aloysiam Nicolai Vaudimontij Comitis filiam, ipse à Monacho Iacobita, venenato cultro confossus, mortuus est.

Margareta Henrico Borbonio, Regi Nauarrę nupsit Anno c. l. d. LXXII.

Hercules Dux Alenconius, qui postea Francisci nomen vsurpauit, contra Philippum Hispaniarum Regem, in Belgium accersitus, in Brabantix Ducem, Imperijque Romani Marchionem inauguratus fuit Anno c. l. d. LXXII Antuerpiæ, quam vi occupare tentauit, XVII mensis Ianuarij proxime sequuto, sed reiectus, in Franciam discessit, ibi extinctus año sequente non sine suspitione veneni.

Victoria & Ioanna gemellæ natæ, non diu superstites fuere, illa prior sex hebdomadas nata, hæc paulo post susceptum baptismum extincta.

21

LIMANIA ARVERNIAE

PARS, VVLGO LIMAIGNE DICTA.



AMONA, aut Lymonna fluius, qui ex montibus defluit, & Elauer fluuius vulgo *Allyer* se iungit, huic Prouinciæ nomen dedisse videtur, pro feracioris & primaria Aruerniæ parte habetur. Longitudo Prouinciæ à ponte veteris Briuatæ, Ganatum vsq; extenditur, alij autem San-Porsianum vsq; extendi volunt, numerantq; XX. miliaria, latitudo Prouinciæ est à monte vulgo Poy de Dome nuncupato, vsque ad oppidum Tyert, quod opulentum est, vel ad oppidum, quod *croppiere* dicitur, ea latitudo est IIX. miliarium, fertilis est frugum, vini, ligni: prata, fontes, fluuios, Balneaq; aquæ, & fodinas argenti habet, omnisq; generis merces emittit.

CIVITATES ET OPPIDA INSIGNIORA in ea sunt.

CLAROMONTIVM ciuitas, Romanis Gergouia dicta fuit: cincta est colliculis & cliuis omnium rerum quæ humanis vsibus necessariæ sunt fertilibus, fræquentesq; ideo habitatores habent: ex illis collibus infinitus riuulorum & fontium numerus scaturit, qui hortos, & loca incolarum delitijs destinata (quæ in ciuitatis circuitu sunt) irrigant. Abbatiam, vulgo *San-Allyre* dictam, fluuius interfuit, aliqui eum olim Scateon dictum fuisse existimant, nunc *Tiretaine* dicitur, Hic stratus est ponte lapideo, cuius pontis lapides (mirum quodam miraculo) ex aqua fontis induruerunt. Fons vnde hæc aqua (quæ in lappides conuertitur) fluit trecentorum passuum interuallo, à fluio distat, cui pons stratus est, eumq; versus labens, fontis aqua hanc lapideam duritiem & firmitatem nanciscitur, vt eo (lapide) hic pons constructus sit, qui triginta vlnas longus, sex crassus, & octo latus est: memorabile porrò est, eam fontis aquam in pratis, per quæ pontem versus labitur, cerni lapidescere, ponti nomen est, quod & aquæ, *Saulse* ea vulgo dicitur, apud ciuitatem Claremonta nam collis est, ex quo bitumen, valde nigrum tenaxq; (quo incole oues signant) fontis instar fluit: argumentum id est insignis pinguedinis territorij, & caloris exhalationum varosarum: vnde colligitur in intimis eius terræ partibus latere pretiosiora metalla, quæ hoc loco extrudunt liquorem bituminosum, qui tanto iam tempore fluxit, nec tamen arefcit: bitumen paruis guttis emanat, quæ tamen materiæ affatim suppeditant, præcipue æstiuis mensibus, hybèrno enim tempore impedit frigus ne liquor dissoluatur fluatq;. Rionum oppidum opulentum est, in ipso ab domine territorij situm: Sedes est Senescalli inferioris Aruerniæ, cui subsunt Monferrantum, Combraillia, Mons-Acutus, Aquaperfa, Claremontium. Monferrantum, tertium est oppidorum præcipuorum, nomen indicat, qualis sit situs: Arcem habet antiquam: oppidi ruina, causa eius ædificationis fuit, hodieq; pulchriorum Prouinciæ oppidorum est vnum. Vichium, vulgo *Vichij* oppidum: huic vicinus est fons, cuius aqua calida est, sineq; intermissione magnis ebullitionibus eruçtat: non longe inde balnea sunt, quæ vltra pulchretudinem, sana sunt ijs, qui lauandi causa, eo se conferunt idoneis anni temporibus nempe Aprili, Maio & Septembri. Bilhonum, *Vffoira*, *Briouda*, *Auzona*, Langeacum, San-Germanum, Lambonum, Aquaperfa, Eusbreula, San-Pourfainum, Cussetum, oppidorum Priuilegijs gaudent.

ALIA OPPIDA VICI BVRGII ET ARCIS

quæ illustribus & nobilibus viris parent.

MONS acutus, Mons morinus, Monguaconum, Entraigues, Chuzero, Randanum: Mompèstierum est Regalis generis Borbonæ, Rauellum, Fôtanilles & alia. Vffonum venas habet, auri argentiq; feraces.

MONS vulgo de Cosnè dictus, non ex minoribus est, & in prætio habetur, pulcher enim est & fructuosus, ornatus arboribus: bonas copiosasq; pastiones præbet, loco huic monti vicino, qui *Cherron* dicitur, fons est, qui durantibus maximis æstatis caloribus congelatus,

LIMANIA
Limaigne



Mont dor
Lepuy de dome
Mont morin
Gondole
Sermant
Billon
Verlescon
Bosset
Beauregard
Montmorin
Chiseraua
Mofun
Bort
Jagard
Haulteribe
Belime
Croppiere
Lusfat
Mont du chateau
Entraigues
Lusfat
Naringues
Nonguagon
Nozillat
Jozouet
Coffuro
la Veine
Puyguillaume
Charnat
Duore
Chassagnat
Cieret
Chaseron
Chateauguion
Chanpensier
Eguyperg
Bujiere
Luret
Andre
Randan
Lherflu

gelatus, glacięq; concretus est, sed cum hyberni menses vigent, omniaq; rigent frigore, hic fons liquefcit calidufq; est, indeq; fumi & exhalationes tanquã de fornace ascendunt. Mons Auri, vno fere miliari in altitudinem confurgit, pascuis refertus est, fontibus verò magis, qui vndiq; est eo labuntur, ex quorum vno Dordonna fluuius scaturit, idem mons adeptus est famam, propter balnea, cuius aque, calidæ, tepidæ, & frigidæ sunt, quales sibi quisq; eligit: eo quotannis magnus ægrotorum numerus se confert.

Poyde dome mons est (Poy Auernica & Vasconica lingua locum excelsum & montuosum significat) valde amœnus est, ex altiorum Franciæ montium vnus, secundus est pastionum, herbarumq; exquisitarum tam ferax, quàm medicus optare valeat. in eius fastigio adhuc videntur multa rudera, & fundamenta, quæ arguunt aliquando excellens ædificium illic fuisse.

COMITES ET DVCEs MOMPENSERII ARCIS,
quæ in hac regione sita est.

IOANNES Valesius Regis Francorum filius, Biturigum Dux, in vxorem Ioannam Ioannis tertij Bononiæ & Aruerniæ Comitis filiam heredem habuit, quibus nati sunt Ioannes Mompenserij Comes, qui ex duabus vxoribus nihil liberorum, procreauit: Maria Biturica vxor Ioannis Borbonij Ducis: & Bona nupta Amedeo Sabaudia Ducis.

MARIA defuncto fratre Ioanne, successit in Ducatum Aruerniæ, & Comitatum Mompenserium, nupta Ioanni primo Duci Borboniorum, cui peperit Carolum Borboniæ Ducem: Ludouicum Mompenserij Comitem, & Ioannem Abbatem Cluniacensem.

Ludouicus Mompenserij Comes, duxit in vxorem, primum Ioannam Beroaldi iunioris Delphini Aruerniæ filiam sterilem, deinde Gabrielem Turrensensem, quibus nati Gilbertus, Gabriella, vxor domini Trimolliani, Carlotta vxor VVolfhardi Barzillay Comitæ Buscanensis.

Gilbertus qui in Comitatum Mompenserium & Aruerniæ successit, Regis Caroli octauo nomine, præfuit regno Neapolitano: ex Eleonora gonzaga Friderici Mantuani filia habuit Ludouicum, qui in regno Neapolitano mortuus est: Carolum Comitem Mompenserium Franciæ Connestabilem, qui Borboniorum Dux fuit, ducta in vxorem Susanna, Petri Borboniorum Ducis filia, à Francisco primo Galliarum Rege, defecit ad Carolum quintum Imp. cuius auspicijs urbem Romam oppugnans, paucis ante expugnationem horis, inter primos acriter pugnam ciens, plumbea glante à quodam suorum, incautius emissa traiectus occubuit, nullis relictis liberis: Ludouica coniunx Ludouici Borbonij Rupis-ad-yonnam Principis. Renata vxor Antonij Ducis Lotharingiæ.

Ludouica Patri Gilberto successit nupta Ludouico Borbonio, Ioannis Vindocinensis Principis Rupis ad-yonnam filio, peperit Ludouicum, Carolum Rupis-ad-yonnam Principem, & Susannam vxorem domini Riufij siue Riosani, Comitatus Mompenserinus in Ducatus decus euectus fuit, in fauorem Ludouici Borbonij Ludouicę Mariti.

Ludouicus qui parentibus successit, & secundus Dux Mompenserij fuit, duxit Iacobã Longeuillanã quibus nati sunt Fraciscus, Anna nupta Henrico Cliuensi Duci Niuernesi Francisca vxor Henrici Roberti Marcani, Ducis Bullionæi Carola siue Carlotta, quę Abbatisa fuit Iouarrensensis, deinde nupsit Guilielmo Nassauio Principi Auraico, cui peperit filiã quę nupta est Friderico IV. Comiti Palatino Rheni Bauariæ Duci Sacri Romani Imperij Electori nato Anno 1574. Ioanna Tonnerensis Abbatisa: & Ludouica Abbatisa Fontis-uallium.

Franciscus tertius, Dux Mompenserius & Delphinus Aruerniæ genuit Henricum Borbonium Principem Dombensem.

LVGDVNENSE TERRITO- RIVM, VVLGO LYONNOIS.



IMITEs habet à Septétrione Bressiam vulgo *La Bresse*. que pro ditioe Secusianorum habetur, ad Orientem est Sabaudia secundum Rhodani tractum, à Meridie terminatur Delphinatu; & Languedocia, ab Occidente autem Prouincia Forestiensi, vulgo *Forests* & Aruernia. Lugdunum quondam Regibus Burgundiæ paruit, sed ea diuisa in Ducatum, Comitatum, & Arelatense regnum (cuius Rex fuit Boso) eidem cessit.

LVGDVNVM ciuitas est celeberrima, aliqui ita dictam putant à Lugere vel Lucere verbo, sed Belleforestius reiectis his opinionibus tanquam futilibus dicit eam Lugdunum dictam à Lugdo Celtarum Rege, qui eius fundamenta iecit, nomenq; indidit, vixit hic Lugdus anno à creato Múdo 3335 quo tēpore nō dū Moses natus erat itaq; multis antea seculis quam vel nomen vel stirps Atheniensium fuit, concedi posset (cum longi temporis lapsu multum splendoris ciuitati Lugdunensi detractum esset) Rhodios, qui vndiq; mari peruagati sunt, Rhodanumq; que quamuis rapide fluentem ascenderunt, in eam Coloniam deduxisse, idemq; postea fecisse Athenienses, quorum Imperium in mari permagnum tremendumq; fuit & in ea Altare extruxisse, Mineruēq; dedicasse, cuius Altaris his versibus mentionem Iuuenalis facit.

PALLEAT, vt nudis preffit qui pedibus anguem. Aut Lugdunensem, Rhetor dicturus ad Aram. Aliqui opinantur ad hoc altare Rhetores suas orationes declamasse, vt sibi honoris præmium pararent, sed certamen periculosum fuisse victis, qui flumini vicino mergebantur, aut lingua vel spongia orationem suam delere, laudesq; victoris canere cogebantur. Quisquis autem Lugduni fundamenta iecerit, constat Ciuitatem perueultam esse quæ cum multas ruinas passa fuisset, eam Numatius Plancus Vir nobilis Romanus Colonia è populis Romanorum imperio subiectis, in eam deducta, restituit ornavitq; non tamen indidit nomen, nam id antea erat inditum. Strabo libro 4. Geographiæ Lugdunum omnibus Galliæ ciuitatibus excellentiorem dicit excepta Narbona, eius enim tempore nundinarum priuilegio gaudebat, permissione Imperatorum, quorum Præsides monetam in ea cudi curabant, tam ex auro quam ex argento. huc accessit quod omnes Galliæ Ciuitates in ea magnis impensis templum in honorem Augusti Cæsaris extrui curarunt. Imp. Seuerus in ea Albinum, qui se in ea concluderat obsedit, cepit incendioq; tradidit. Lugduni sunt Arcus triumphales, Aquæ ductus, aliaq; antiquitatis monumenta: colles perfossi in ea videntur, per quos aqua à sex inde distantibus miliaribus in eam ducta fuit. In monte qui vulgo *Mont de Foruiere* dicitur, prima ædificia posita sunt à Planco, postea ciues vbi ipsis cōmodū videbatur ædificarūt. Principes quib⁹ ciuitas placebat, postea eius pomœria promouerūt. Lugdunum nūc inter magnas, opulentas, magnificentiaq; præstātes Galliæ vrbes. censerī potest, eiusq; situs peramœnus, opes, splendorem, magnificentiaq; quæ in ea sunt promerentur. est enim ad confluentem celeberrimorum fluminum Sequanæ & Rhodani, qui Lugdunum ex mercatura & comercio quod in ipsa fit opulentum faciunt. mons in quo sita est munitam reddit, manus autem humana inexpugnabilem fecit. Sedes Præsidualis in hac Ciuitate est, & antiquus Senescallatus cui subsunt territorium Lugdunense, Forestij, Matisconense, & Beauuoulesij. quondam sub Præsidis Lugdunensis iurisdictione erant Tractus liberi Lugdunensis, Forestij, Matiscones, Biauoulesij, Dombesij, & Borbonij, sed Henricus Francus, qui postea Fræcorum Rex eius nominis tertius fuit, cum Apanagij iure possideret Borbonios, Aruernates, & Forestios, eos subtraxit à iurisdictione Lugdunensis Præsidis, & eam in Prouinciæ formam rede-

redegit. Belleforestius nomina recenset C II. Archiepiscoporum Lugdunensium qui & Franciæ Regni Primates sunt, Papius Massonus in suis Annalibus scribit sequentia, „ Philippus pulcher Pontificis consensu, Lugdunum Romanam Coloniam, ditioni suæ „ adiecit, Archiepiscopo pro iure q̄ in illa vrbe sibi vendicabat, certis fructibus donato.

FORESTIVM, VVLGO

FORESTS.

HÆC Prouincia non hoc nomen est adepta à filiis & saltibus, sed à nomine Fori, ac si diceres Forenses aut Forestios: continet XL. Oppida & XXXVII. vicos siue pagos. satis fertilis est, suisq; incolis tantū vini & frumenti suppeditat, quantum ipsis necessarium sit, non tamen vicinis ea large suppeditare potest, abundat Abietibus, id indicat montosam esse Prouinciā. nam illa arbor verticibus montium natura gaudet. Populus simplex est, taciturnus, subtilis, prouidus, viuidi spiritus & ingenij, rebusq; suis prudenter inuigilat: lucri appetens, proximos charitate prosequitur, præsertim conterraneos, si eorum aliquem in exteris regionibus necessitate premi conspiciat.

MOMBRISONVM vulgo *Mombrison* oppidum, est ex præcipuis huius Prouinciæ, Sedem Bailliuo præbet, qui subest Præsidi Lugdunensi.

Feurs oppidū est ad Ligerim situm, habetur pro foro & loco comercij tot⁹ Prouinciæ.

FANVM Stephani, vulgo *S. Estienne de Furan* oppidum est, in eo arma & canne ferriæ conficiuntur (indeq; per totum regnum exportantur) propter aquæ comoditatam quæ ferrum egregie temperat, ei accedit quod carbones naturales ibi eruuntur, qui omnes alios Regni Franciæ bonitate superant.

FANVM Galmari vulgo *S. Galmier*, oppidum est, in eius suburbio videtur fons aluminosus, quem vulgus *Font Foute* vocat.

FANVM Germani vulgo *S. Germain Laual*, oppidum est in opimo fertiliq; territorio situm: famam est adeptum, à generoso vino quod ibi crescit. Patria est doctissimi viri Papii Massoni.

FANVM Boneti vulgo *S. Bonet le chastel* oppidum est, in eo fabricantur forcipes præstantes, maioreq; numero quam vllō Europæ loco.

ROANE præstantiorum huius prouinciæ oppidorum est, Regiæ vie Lugdunensi imminet ipsum influit, Ligeris fluius (qui pōte stratus est) celebreq; facit, exteriq; id plus inuisunt, quam aliquod aliud excepto *Feurs* oppido.

FANVM Ramberti. hic super Ligerim fluium Pons est, qui præter pulchretudinem primus est à loco vbi habet originem Ligeris.

FAMILIA nobilitate excellentes in hac Prouincia sunt, ea quæ vulgo *d'Urse* dicitur, id vetus est Castrum eminenti loco, vnde per totam Prouinciā prospectus patet, & *de Cosan* quæ est peruetustæ familiæ vulgo *de Leuij* dictæ.

HVIC Prouinciæ quōdam præfuere Comites, ex quorū stirpe prognati Beauiolesij proceres. Legitur de Comite Lugdunensi, Forestij & Beauiolesij, cui tres fuerunt filij nepe Arthauldus Comes Lugdunensis, Stephanus Comes Beauiolesij & Forestij & Emfridus cui obtrigit dominium particulare de Beauieu vulgo dictum. Cū comitatus Forestij & Beauiolesij longo tempore separati fuissent rursus coaluere morte Guicardi Comitis Beauiolesij, ipsius enim soror Isabella Beauiolesij Comitissa nupsit Reginaldo Comiti Forestij, qui natus erat stirpe Arthauldi, ipsa autem prognata erat Stephano Comite Arthauldi fratre: hoc matrimonio prognati sunt Guido & Ludouicus: huic Ludouico dominū Beauiolesij cū eiusdē nomine & gētis insignibus (quæ sunt Leo niger quinque labellis rubris distinctus) obtrigit, Guidoni autem Forestij Comitatus. Guicardus Regni Franciæ erat Comes stabuli (vulgus *Connestable* vocat) tempore Regis Philippi quo prognatus est Rex Ludouicus cognomento Sanctus. Rex Henricus eius nominis tertius, antequam Regnum adeptus esset vna cum Ducatu Andegauensi, Apanagij iure possedit Ducatus Borboniæ & Aruerniæ Comitatumque Forestij.

DELPHINATUS VVLGO²³ D'AVPHINE.



HÆC Prouincia non armis coronæ Franciæ parta sed amicitia vinculo, eidem annexa fuit, absq; subiectione tamē & seruitute, eaq; cōditione, vt nullo Apanagij (quod vocant) iure, vlli Regis Franciæ filio, quam primo genito dari possit. Hoc ita sapienter cautum prouisumque fuit ab Humberto Delphino Viennensi, ex eius Consiliariorum autoritate, qui hanc pulchram Prouinciam, hereditatis diuisione in partes discerpi volebant, quam incolæ à Sabaudis ambitiose petitam, conseruarant: Sabaudi enim hanc Prouinciam, sibi conterminam coniungere studebant Sabaudiæ. Populus huius Prouinciæ, suam libertatem semper magni fecit, seq; suo sanguine immunem seruauit: in bellis ferox est, sedulus in peragendis negotijs, ad rem attentus, natura autem stupidus est, redoletq; nonnihil montium ruditatem: rura incolentes bardi barbariq; sunt. Nobiles & vrbium ciues, humani affabiles, ingenij viuacis, doctrinarum maxime Matheseos capaces, curiosi indagatores secretorum naturalium, honesti liberiq; in colloquijs sunt, simulatores aliqua ex parte, sociabiles, elati, nihilominus equitate se tractari patiuntur, nec facile mouentur. Territorium non vbiq; eiusdem conditionis, sed alicubi frugum viniq; fertile, alicubi sterile, attamen castaneas crassas & molles fert: pecorum tantum habet quantum satis est, vnde ipsis cibus facilis comparatu lautusq; est, potestq; hæc Prouincia vicinis annonam suppeditare.

GRATIANOPOLIS à veteribus dicta fuit Accusion: colonia erat Cabilonensium Romanæ Prouinciæ: Ptolemæus eam hoc nomine vocat, postea dicta fuit Culatonia, ampliata verò à Gratiano Imp. & vltra prima pomœria producta, dicta est Gratianopolis, quod nomen Galli corrupte proferentes Grenoble dicunt: non longe ab hac ciuitate est Fons ille mirandus, qui absq; vlla intermissione flammam ebullit & emittit, quidquid ei admouetur tangitq;, statim ardet & perit: quod pro magno naturæ miraculo habendum est. Sedes est Tribunalis Regalis, quod Parlamentum vocant, prope hanc ciuitatem est magna Charusia ordinis caput.

ROMANIVM vrbs pulcherrima est in inferiori Regione, diuitijs abundans.

VIENNA fundata est à Venerio Africano Patria ex torre: postmodum Senatoria dicta fuit: Metropolis ciuitas & ex antiquioribus Galliæ censetur. Olim maximæ & supremæ sedis Galliæ titulo ornata fuit: Turris Pilato attributa (in qua eum obiisse dicunt) fundata fuit à Tiberio Imp. eius Archiepiscopi Comites Viennenses inscribuntur.

VALENTIA vrbs est, eius fundamenta, si Romani non iecere, ipsa tamen eorum nomine se ostentat. Ptolemæus eam Coloniam Romanorum vocat, ab eo deducta Romanorum & Latinorum, vt eam incolerent, multitudine: semper Romano imperio audiens fuit, tota enim Romana erat, donec Gothi Gallias inuaserunt eamq; cœperunt, quod accidit anno partē salutis CCC.XV: postea eam occuparunt Burgundiones. Obsidionē Longobardorum passa est anno D.LXXVI. quos superauit Momulus Dux militaris Regis Burgundionum Gontrandi. in territorio ad prime fertili abundantiq; sita est Valentia, diuitijs pollet, mercaturæ dedita, horreumq; est salis. in monasterio Iacobitarum videntur effigies Gigantis Buardi, xv. cubitos proceri, eiusq; ossa ibi visibilia. extra urbem in ruinis sacræ ædis diui Petri est Antrum quod (vti dicitur) sub Rhodano eiusq; aquas protēditur. Extra portam diui Felicis in vinea inuentum fuit sepulchrum lapideum cooperum lapide cui inscripta erant hæc verba: D. Iustine M. in eo erat corpus feminae ex cuius vnaquaq; auricula Vnio aurea pendeat vni insertus erat Smaragdus, alteri qui vulgo Turcicus dicitur lapis ruptus: statim vt hoc corpus aërem sensit, in puluerem abiit: ad corporis pedes erat Patera crySTALLINA, ad caput autem Lampas vitrea.

DYA & Gapum antiqua sunt oppida, magni momenti pro ea regione, in qua sita sunt. Dya Episcopali sede clara est. Ebredu.

DELPHINATVS VVLG
DAUPHINE



EBREDVNVM vulgo Embrun ciuitas, ita dicta est ab Ebris idolo, quod ibi colebatur: alij dictam volūt à ruptura montis, nomen enim Dunum lingua qua Galli antiqui vsi sunt, montem significat. Metropolis est regionis superioris, sita in rupe, in ipso mediotulio latæ planicie, quæ vndiq; cinctæ est montibus non sterilibus, sed qui ab imo vsq; ad cacumen vino & fructibus abundant, multisq; in locis (tanta hic aëris est clementia & serenitas) colligitur Manna, Ros Cœli mirabilis, qui tam lautus & delicatus est, quam alius, qui in toto Orbe reperiri queat. Hi montes etiam Agaricum, Terebenthinam, aliaq; simplicia, tam rara proferunt, quam vlla omnino alia regio: quondã Romano Imperio subdita fuit Ebredunum, sicut & Arelatum Vesontio & alię vrbes: sed cū Romani Imperatores Franciæ Prouincias quas Rex Franciæ & Romanorum Imperator Carolus Caluus Bosoni (qui in vxorem Hermengardam duxerat sororem vxoris Imperatoris Calui) dederat, ab ipsius posteris consecuti essent: Ciuitatem Ebredunum eiusdem Archiepiscopo donarunt, in Principatus ordinem euexere, eiq; omnia iura Regalia tam administrationis iustitiæ, quam cudentæ monetæ, aliaq; eius generis prærogatiuas concessere, ideoq; Delphini qui terras in hoc Principatu possidebant, eas se Archiepiscopi beneficio possidere refatebantur. Populus Ebredunensis, modestus est, quæris amans, obediens Magistratui, non infidiosus, labori agriculturæq; deditus, rem familiarem diligenter curat.

CRESTVM Oppidum est.

BRIANCONVM situm est in montibus, & à suo nomine regio Brianconnois vulgo dicitur.

MONTILIMARVM clarum est mercatura, quæ ibi exercetur: Thiniū in Rhodani ripa situm parer proceribus Tournonenfibus. Fanum Antonij de Viennois: Costa & Monasterium oppida sunt.

CASTELLVM Delphini, ab eo dictum volūt Delphinatum, qui nouus est titulus olim domino eius loci fuit peculiaris, postea toti Prouinciæ Viennensi attributus est.

FAMILIAE ILLVSTRES ET ANTIQVAE IN HAC

Prouincia sunt, & vulgo nuncupantur.

Les Brieſieux, Boutieres, S. Valier, Maugirons, Gordes, Clauézons & aliæ infinitæ nec prætereundus silentio est magnus ille, omniq; laude dignus, Eques Baiardus, ex Terrailia familia qui inter primos sui temporis rei militaris Heroas fuit.

„ De hac Prouincia scribit Nicolaus vignierius Barrensis ad Sequanam in rerum Burgundionum Chronico. Humbertus Delphinatum princeps, cum dolore amissi vnici filij statueret se cœnobio Dominicanorum sacrare, dominatumq; suum (cuius caput est Vienna Allobrogum) Romanis Pontificibus non magno precio addicere. Nobilibus suæ gentis impellentibus, Regi Franciæ Ioanni addixit, ea lege, vt filij Regum maiores nati, Delphini vocarentur, Delphinatusq; illorum esse diceretur. Carolus Regis Ioannis filius primus Delphinus & Dux Normanię fuit. De fratre Hüberti Guidone scribit idem Nicolaus Vignierius in eodẽ Chronico. Guido Viennę Delphinus bellum cum Sabaudia principe gerens, in oppugnatione cuiusdam Castellı, vulnere ab hostibus accepto occubuit. Ei autẽ in Delphinatũ frater Hübertus successit, Delphinorũ Viennę suũ vltimus. Isabella verò defuncti vidua Philippi Regis filia, Ioanni de Fossigniaco iterũ postea nupsit. Ceterum P. Aemilius ex Pio Pontifice narrat, Guidonẽ bello inclitũ, sed alienarum vxorum pudicitia infestum fuisse. Et cum illi Ioannes Bohemiæ Rex (qui eo tempore Italarũ factionibus inuitatus copias suas in Italiã traduxerat) socio amicoq; hoc postremò bello, auxilio ire constituisset, filium eius Carolum per quietem visum fuisse, viri diuina specie præditi iussu præstanti iuuenem forma editiorem in locum raptum, detractaq; veste exectum: sibiq; interroganti, cur & quisnam tam egregia indole adolescens, tam fœde atrociterq; haberetur, responsum, Delphinum aliena cubilia atrectare solitum, meritas pœnas Numini dare. Nec vanum fuisse somnium cum biduo post certus nuncius aduenerit, Allobrogem in oppugnatione cuiusdam oppidi telo hostium interiisse.

24 GUIENNA ET VASCONIA,

VVLGO GUIENNE ET

Gasconne.



CAROLI Magni Imp. & Francorum Regis tempore Vasconia Aquitania nomine non comprehendebatur, id inde colligitur, quod Hunauldus Aquitaniae Rex, Caroli irae cedens, ad Lupum Aquitaniae Regem profugit, sed Carolus utroque domito, Vasconiam Aquitaniae iunxit, & sub eo Aquitaniae nomine deinceps comprehensa fuit. Angli Aquitaniam adepti sunt, cum ipsorum Rex Henricus secundus, in uxorem duxisset Eleonoram Aquitaniae Ducem, quam Rex Francorum Ludouicus septimus (iunior dictus) repudiauerat: post multa bella inter Franciae & Angliae Reges, Aquitania in duas partes diuisa fuit, vni Guinnae nomen inditum, altera Aquitaniae nomen retinuit. Guinnae continentur eae regiones, quae Parlamento Burdegaliensi subsunt & ab eo supremum ius petunt, haec sunt Burdegalensis diocesis, Landae, Albretia, Bazadofia, superior Vasconia, Biscaia, Medoca quae ultra fluuium Garumnam: in citeriori autem eius ripa sunt. Terrae, quae inter duomaria dicuntur (ab oppido Bazas & Prouincia Fronfadana eae dependent) Perigurianus & Limosinus ager, Santonumque territorium in hac Guinnae parte Prouincię sequentes sunt, & Parlamenti Tholosani iurisdictioni subsunt.

Comitatus Flussatium, siue Foxius, vulgo Comte de Foix.

HVIC Comitatus ab Oriente contermina est Languedocia, ab Occidente Comingia, qua septem Triones spectat est territorium quod Ripa (vulgo *de la Riniere* dicitur) ad Meridiem vero sunt Pyrenaei montes: Comitatus maior pars montibus asper est, praesertim ab ea parte, qua Tarasconum oppidum est, quo loci montes diuites sunt venis ferri & carbonibus naturalibus, qui alijs Franciae carbonibus longe praeferuntur: oppida autem Pamiersum & Foixium versus, valles insigni fertilitate omniumque rerum copia luxuriant. Nomen (Foix) detortum videtur a nomine populi qui Flussates dicebatur, cuius Caesar meminit, vbi scribit Crassum vicisse populos Aquitanicos, Bigerriones, Tarbellos, Tarusates, Vocates Flussates & alios, hi non inepte exprimerentur vulgatis nominibus Bierniens, Bigourdans Bazadois, Armagnagois, Neboufains, Comingiens Aucs & Foix.

FOIXIVM oppidum, Metropolis regionis est, eius Comites se pro eorum locorum principibus (quales Comites Bierniae sunt) haberi seque gerere voluerunt, oppidum antiquitatis titulo clarum est.

PAMIERSVM opp. quondam abbatia fuit, nunc Episcopi sede & vetustate memorabile est.

SAVERDVNUM & Maseres oppida sunt, in quibus huius Regionis Comites, maximae temporis parte habitauerunt, eo quod eorum territorium venustum sit, & aerem Tholosanum plus redoleat, quam ceterae regionis partes, quae lapidibus obsitae sunt, earumque incole rudioris obstinationisque ingenij habentur.

COMITATVS qui vulgo Carmaina & Mirepoix dicuntur, inclusi sunt Languedociae foedere iuncti fere Comitibus Foxijs natique sunt, Comites Carmainae ex Comitum Foxiorum filiabus, quarum progenies adhuc viget in posteris comitis Carmainae: ad Comites a Mirepoix quod attinet, ipsorum antiqua progenies originem habet a familia Leuyfa.

COMINGIA, VVLGO COMINGES.

COMINGIAE nomen recens vetusque Conuenarum nomen corruptum est, Plinius enim Strabo, Ptolemeus Comingiae populos Conuenas vocarunt. Comingiani inter primos Guinnae populos Christo seruatori nomen dederunt. non modicas incursiones cedentes & damna perpessi sunt a Gothis Francis & Sarracenis, sed ipsis impune non fuit. Huius Prouincię limites ponere difficile esset, cum vicinis regionibus insinuetur: ad Orientem ei est Comitatus Foxius, ad Occidentem autem territorium (quod vulgo dEstracum dicitur) & Armagnacanum, a Septentrione terminatur parte Languedociae & Comitatus vulgo Insule & Gaurae, ad meridiem ei sunt montes Pyrenaei, diuiditur in superiorem & inferiorem

Hæc tota montibus attolitur in eaque sunt oppida. **COMINGIA** antiqua Comingiorum Ciuitas sita est in vertice & fastigio montis, qui ab omnibus alijs distinctus est: ad radices fons erat, quem turris insigniter munita tuebatur: circa annum à Christo nato 340. à Francis præde exposita soloq; equata fuit, & cum reedificari cepisset, Sancti Bertrandi Episcopi nomen obtinuit: territorium ciuitatis quod vallibus deprimitur, miræ est fertilitatis, suaque amœnitate homines oblectat, in montibus siluæ sunt, pascuaque pecudum gregibus aptissima præbent: pecudumq; pastioni plus quam vlli alio exercitio incole incumbunt. **COSERANS** oppidum antiquitate celebre: in ripa fluuij Pamiersi, Episcopi sede claret. Fanum Gouentij, Foillens & Nizos abbatia sunt. Fanum Fregeonis, in præalti montis vertice, tam edito loco positum est, vt id visus vix assequi queat, nec nisi summo labore adiri potest, mons cui insidet vinetis confusus est, in vallibus pingua præta sunt, & solum sementi commodissimum, pingue & fertile est. præcipitia montis, siluis magnisq; nemoribus confita sunt, ea nunc Francorum Regum sunt, quod in potestate veterum Comitum Comingeorum fuerint, **COELHES** per ruderum vestigia fidem facit se olim excelsisse. **PAUMIERSVM**, Riulas, Espaon oppida sunt. **INSVLA** Dodonnis oppidum est edito loco situm, ipsum fluuius Sava alluit: inter Castellanias Regales (vt vocant) censetur, subditum est Arci Comingianæ: antiquorum Comitum domicilium fuit, id certissima nota esse solet, Metropolis alicuius regionis. **DEZA** domus fuit Templariorum, Turrim habet per amplam, quæ vetustatem præ se fert. **SAV VETERRA** oppidum est illustris gentis Aubigeonæ Monicorneli, Lamasana, Aulma, Roquetta, Polanica, Saiaz, Sariaca & aliarum familiarum antiquitate celebres in regione Sauez dicta sunt. S. Sani templum, in campo agroq; situm, concursu peregrinorum celebre est. **LOMBERS** quondam vicus campestris fuit, nunc autem muro & fossis cinctum est oppidum, situm habet in ipso terre abdomine, vineæta sunt à latere, vbi Sauueterra est, in colle qui se Samathanum oppidum vsque extendit, ab alio latere est peruenuita planicies, quæ quocumque tempore, frugibus cooperitur, nulloq; tempore feriari permittitur, peramœna pinguiq; præta, quibusq; meliora nemo sibi optare posset hic sunt: quarta miliaris parte, hinc Samathana vrbs distat.

SAMATHANA vrbs partim in colliculo sita est, partim in valle, per quam Sava fluuius fluit, ciuitatisque corpus (quod Burgus dicitur) à foro quod lingua ipsius vsitata **Marchadou** dicunt, dirimit. Superior vrbs pars Arcis nomen sibi vindicat & merito, eius namq; situs stupendus est, fossæque Arcis præcipitosæ, profunditatisque immensæ sunt, adeo vt oculi stupeant, qui in eam defiguntur, quod præcipue contingit ab eo latere quæ porta est & **Pons Arcis**: vndique circum Samathan Arces Burgi que frequentes visuntur, territorium enim infinitis colonis propter summam soli vbertatem scater: hic familiarum nobiles sunt infra scriptæ, quibus nomen est à vulgo vernaculum **Lalliguez**, **Bezeril**, **Polestrin**, **Lahaz**, **Noalhan**, **Cuziaux**, **La Motte en Sauez**, **Caignam**, **Montagu**, **les Bastides**, **Ando hoielle**, **Móblanc**, **Esquinson**, quod nomen cum riuulo vicino comune habet, **Fontanilles** & aliæ.

MOMPESATVM oppidum non longe distat à Samathan, ei propinqua est domus nobilis viri à **Bellegarde**, **Senescalli** vrbs **Tholosanæ**. **MVRETVM** oppidum est: quinque miliaribus distans à Samathan, ad fluuium Garumnæ situm, collis ei propinquus, ipsi imperitat: in ipso cæsi fuere **Albigeenses**, quibus aderant **Aragonum Rex**, **Comites Foxius** & **Tholosanus**, eo in oppido obsidebant **Comitem Môtisfortis**: **Rex Aragonum** in prælio cæsus fuit, & cum eo 20. **Albingiæ** millia, id accidit año partæ salutis 1213. Tota **Comingie** Prouincia fertilis est frugum, vini, fructuum, olei, nucum, milij, aliarumq; rerum quæ humanæ vitæ necessariæ sunt: siluis fræquens est & viris generosis bello, quæ causa est quod pauci literis exculti sint, non tamen eis ingenium ad quodcunq; promptum deest, sed natura eos ad arma instigante, literas negligunt: laboris patientes, victu sobrij, sermone discreti sunt: in vestitu omnem luxum abhorrent, delicias odio habent, & quidquid hominem enervare potest deuitant: fœminæ pudicæ sunt, non ociose sed rei familiari curandæ deditæ, maritos amant, illisq; audientes sunt, qui illas blande & suauiter tractant, nec cum eis, ea vtuntur austeritate, cuius (falso tamen) insimulantur **Vascones**, sed vt proprij corporis membra ipsas fouent, vt par est, vnius enim corporis membra, se inuicem amare, fouere, tueriq; debent.

Comita-

COMITATUS; QUI VVLGO GAURE ET

Isle dicuntur.

24 *sermo*

Infra Arcem Lahaz fluuius est, qui Comitatus Comingia & Gaure diuidit: inter hos situs est Comitatus (qui vulgo *lisle en Tourdain* dicitur) eius Metropolis est cognomine oppidum, in ripa fluuij Sauæ situm: Comitum Foxiorum fuit, nunc est Regia familiae Nauarrea, Comitatus fines protenduntur in magnum Saltum Baconam vsque, ad cuius latus est oppidum Lauignacum. Comitatus Insulae siue *de lisle en Tourdain* qui iurisdictione Vicariatus (vulgo *Viguerie* censetur) arctis finibus circumscribitur: Comitatus Gaure verò, ipsum longe excedit. late se enim extendit, magnaque oppida continet. GIMONTIVM in ripa exigui fluuij Gimoe dicti, qui propter eius muros labitur situm est, à fluuio oppido nomen esse inditum verisimilis coniectura est: præcipitio montis adheret, & à duabus partibus difficulter adiri potest, & qua diui Iustini porta, sed & in planicie situm est, à summo templo ad portam (quæ vulgo *de lisle* nuncupatur) vsque: amplum est, duosque in se colles comprehendit, in quorum vno oppidum est, in alio autem domus aliquæ & horti sunt, adhuc tamen ibi locus vacuus est (qui vulgo *la Segre* dicitur) in quo sita est Arx, in qua nunc captiui detinentur. Extra oppidum itinere quod Aucum ducit, vltra fluuium Gimoe, in extrema parte perpulchræ & longæ viæ lapidibus strata, prædiues & magnis sumptibus constructum Sacellum est, Deiparæ virgini sacrum (vulgo *Nostre dame de Canzac* dicitur) id tanto se fastu ostentat, atque aliud quoduis ædificium quod in Guienna extet. GIMONS opulenta est Abbatia, aliquot passuum milibus ab oppido Gimont distans, in via quæ ad Saramon ducit.

GRENADÉ oppidum est in ripa Garumne fluuij, non longe à loco vbi Saua fluuius se condit fluuio Garumna, qui Aquitaniae fluuiorum pater nuncupatur. BEAUMONTIVM oppidum campestri in loco situm, Metropolis sui territorij est, alij ipsum attribuunt territorio (quod de Lomaigne vulgo nuncupatur) *le vit de Lomaigne* vernacule dictum oppidum, alij regionis caput constituunt, attamen omnia subdita sunt Bailliuatui & indicaturæ oppidi Gauræ & Verdunoisy.

Garitum Regio, vulgo Agenois.

INTER Garumnam & Lotham flumina ipsa Garitum sedes est, eos Ptolemæus Itiobriges nominat, eorū ciuitatē Agenum. eius territorium (vulgo Agenois dicitur, ad Orientem habet regionem Cadurcensem, ad Occidentem Vasconiam & fluuium Garumnam, qui & eius partem Meridionalem lambit. AGENVM oppidum, in perpulchro territorio spectatur, adeoque fertili, vt pro ditiore abundantioreque totius Aquitaniae habeatur: eam rerum omnium copiam ipsi conferunt tria flumina, Garumna, Dordonna, & Lothus, in ampla equalique planicie oppidum situm est, Garumna eius vnā partem alluit, multi autem Riui eius partem lambunt qua Fanum Vincentij est: sepe oppido aliquid adiectum videtur: de eius antiquitate nemo dubitare debet, cum Romani eius mentionem faciant, tum quod Garites populi non obscuri fuerint, qui cum reliquis Gallis Crasso Cæsaris legato se tradiderunt. Ptolemæus Agenum Metropolim Garitum dicit: in eo Sedem habet Senescallus, cuius iurisdictione (excepto Pictauiensi) latius extenditur quam alicuius in Aquitania ius enim dicit ab in vtroque Garumne latere habitantibus. Commercium & mercatura Agenum opulentum reddunt, eo enim omnia commode vehi possunt, Tholosa, Burdegala, & ex Cadurcorum & Rouergueorum regionibus: ius inde petunt, Portus Diuæ Mariæ, villa noua d' Agenois, Hautefaya, Clairacum, Tonens, Marmande & alia oppida, quæ ad Garumnam sunt.

Condomia vulgo Condomois.

HÆC Regio Garitibus annumeratur: Baïsa fluuius eam irrigat, oritur in montibus qui Prouincias Armagnacanā & Begorram determinant. CONDOM oppidum, regionis Metropolis amplum est, in territorio fertili, extra viam Regiam situm, longèque à fluuio qui naues ferre possit, cuius generis Baïsa est, qui oppidi latus lambit: vndique fere cinctum est collibus vinctis cõfisis, ius dicit oppidis sequentibus, Valencia non longe à fluuio Baïsa dissito, Lairaco ad fluuium Garumna, La Romeo oppido, quod inter Condomum & Letouram est. Neraco prædiuiti oppido, quod dominis Alebretijs paret, Monti Reali & alijs. Domus illustres in hac regione sunt; nempe Vicecomites Fismaconi, Gourdoni, Forcez, Monlucij.

Comitatus

Comitatus d'Estrac.

FINIBVS Auxitanis & territorio oppidi Samathan & Comingia vicinus est, Comitatus d'Estrac, familiam (quæ vulgo Candale dicitur) dominum agnoscit, iure matr imonij Comitibus Benauges & heredis huius Comitatus, qui haud quaquam arctis finibus circumscriptus est, imo multa oppida & infinitum magnorum Burgorum & Pagorum numerum continet. MIRANDE oppidum Comitatus Metropolis est. PAVIA oppidum vno tantum miliari ab oppido Aucis distat. Castelnau & Sintelix oppida sunt. Barbarens locus insigniter munitus & accessu perdifficili est. Cimone & Saromon prædiuites Abbatia sunt. In hoc Comitatu sunt, Vicecomites Lupey rouxij, Dinastæ Miraceubæ, Pauesaci, Thermes, S. Columbæ: huius Comitatus populus præcipuè planiciem & pagos incolens rudis est, cauitus & asper, lingua omnes balbutiunt, eam enim crassa magna & inepta eis est, nec nisi magno cum labore, verba latina exprimere possunt, itaque ad literas vehementer inidonei.

Armagnacana Regio, vulgo Armagnac.

BELLEFORESTIVS libere fatetur se ignorare unde hæc regio nomen Armagnac nata sit, quod recens est, nec Romanorum ævo, nec primorum Francorum tempore ullis in libris hoc nomen extat: eius limites se late extendunt, potissimaque Vasconia pars eius finibus circumscribitur: initium habet circa Letour oppidum, protenditurque Nogerentum vsque, ubi Prouincia Begorreæ sunt fines, ea est huius Prouincia latitudo, longitudo dimidio minor est, incipit ab oppido Magnaco, protenditurque in Begorram vsque, AVCS oppidum Gers fluuio alluitur, in rupe viua ædificatum & aditu difficili est, nisi ab eo latere quo Vic de Frauenfac tenditur: oppidum vagum est à latere (quod vernacule *la Treille* dicitur) sed pars oppidi superior (quæ oppidi corpus habetur) populo frequens est: Templum Deiparæ virgini dicatum inter pulchriora magnificentiaque spectanda Europaë templa recenseri potest, ob structuræ fastum, marmora & antiquitatis monumeta, quæ in eo exstant: partim Regem Franciæ partim Episcopum ciuitatis dominos agnoscit. Auxitani vt Amian⁹ Marcellinus refert dicti sunt Nouèpopulani, quæ ipsis nouè populi parerent: Ptolemæus Auxitanos per se constare dicit, ipsorumque ciuitatem Augustam vocat, tanquam territorij caput: Strabo Auxitanos Romanos ciues fuisse dicit, & iuris Italici. Pomponius Mela ipsos inter Aquitanos excelluisse narrat, nouem illi populi quorum ante facta est mentio, vernacule dicuntur *Cominges, Coferans, Leffoure, Tarbe, Aire, Basax, Dax, Baionne, Escar, & Oleron.*

LECTOVRE quondam Tauroopolium dictum fuit, tanquam multitudo taurorum patientium, notas magnæ antiquitatis habet, situm est in fastigio montis & fere ab omni latere inaccessible est, nisi portam Iacobitarum versus, qua Tholosam itur: Arcis structura Romanorum opus est, in rupe viua cui nec scalpando nec tormentarijs machinis damnum inferri potest: supra portam quæ à Propugnaculo nomen habet, duo visuntur capita lapidea, cum inscriptione, quæ docet, ea iussu Pompeij facta esse, cum solus esset Consul Romanus, quod fuit 46. annis ante Christum natum: inter Franciæ Regni munitiora oppida recenseri potest: eius incole ciuiles sunt, humani, rerum cognitioni dediti, pauci aliquam artem mechanicam exercent, plerique enim suis redditibus viuunt, & è territorio, quod fertile est frugum viniq; nec aliquid ei deest, quod tanquam humanæ vitæ necessarium desiderari posse videatur.

CASTERA oppidum est, nobilem virum vulgo à Fontanille in Comingia dominum agnoscit, in eo oppido vitæ vsuram accepit, magnus ille vir & legum Abyssus Pereris

Vic, Nogueron, Euse, Barcalonne, Casaubè oppida sunt. Hæc Prouincia circa oppida Letour, Aucis & Vic insigni fertilitate luxuriat, sed quo propius Erycetis Burdegalesibus (quæ vulgo Landes dicuntur) accedit, nihil præter castaneas & alias arbores profert, inde nihil est, quam loca pascendo pecori apta, quæ tandem in solitudines desinunt: non tamen negari potest in locis remotioribus & longiuscule à via publica disitis loca fertilia esse, vt paucis dicatur, Agricola rudes sunt, simplices, probi patrefamilias, quibus ex omni re lucrifonus est odor, commercio & mercatura dediti sunt, pecoris præcipue, quod in oppida venum abigunt, præter hæc habent Mel, ceram, aliasque res singulares, ex quibus magna ipsis comamoda queruntur.

Comitatus Bigerrionum, vulgo Comte de Begorre.

CAESAR huius prouinciæ incolæ Bigerriones inscribit distinguitque à Tarbellionibus, qui Tarbellicum territorium incolunt, id indicat ipsum sub eo nomine Bearniam & Begor-

Begorriam comprehendere, vnus enim tractus regionis est, earumque populi fere in omnibus inter se conueniunt. Regio Begorra his limitibus distinguitur, ad Orientem ei est Armagnacana Prouincia, ad Occidentem Biarnia, Guienna ei à Septentrione adheret, sicut & Territorium Alebretanum, à Meridie ei sunt Pyrenei montes, quorum magna pars hinc Comitatu subijcitur, nempe à montibus qui vernacule d'Aure dicuntur vsq; ad illos (quos vulgus *du Sault* & *d'Aspe* vocat) quæ Bearnia ditionis sunt. TARBE oppidum Metropolis est Begorree situm in ripa fluuij (quem veteres Adurum, recentiores LAdour vocant) is oppidi latus lambit, quod Orientem spectat, in quatuor aut quinque corpora distinctum est oppidum, quorum vnumquodque suum Riulum atque portam habet, clauditurque. Trie, Rauastens, Maubourget oppida sunt. Bagneres oppidum est, in eo calida balnea sunt quibus humano, corpori nihil gratius nec commodius esse posset, nec in illis montibus potiora reperiuntur: eorum fontes & origines in oppidum vsque deducuntur, situm id est ad radicem montis & immediate iuxta pedes rupium, vnde venæ sulphureæ tanta copia fluunt, vt antequam montem scandere incipias duo fontes vicini visantur, quorum vnus bullit caletque, alter autē extreme gelidus est. Lourde oppidum quōdam Laperda dict' fuit, eius fundamenta iacta sunt, quum Romani Gallis imperitabant: ibi Turris est fama celebris quæ Anglis nunquam celsit, quamuis ab illis sepe bello petita fuerit, hanc à Romanis fundatam esse, vt propugnaculi loco foret, & legiones ibi hibernari possent, est credibile. Domus illustres in Begorria sunt, & vernacule dicuntur, *Le Chateau d'Aspe*, *la famille d'Auzun*, domus antiqua *Benaca*, *Louuero*, *Barbasan*, *d'Auzun*: populus huius regionis elati ingenij est, armis deditus, leuis & subitaneus ad aliquid aggrediendum, egregie simulans, inhumanus, asper, ingratis moribus, sed ciuitatum incolas, societas ciuiliores reddit, iniuriæ impatientes sunt, & minima de causa ad arma cedensque properant, quam ob causam iusibi seuerè dicitur, attamen fidus est, minime rapax, nec maleficus, & naturali quadam simplicitate ducitur. Hoc ingenium natura fortassis, & cœlum aerque ipsis indit econtrario nobilitas animosa, sociabilis humana probisq; moribus prædita est. In Begorria tam inter nobiles quam ignobiles, seniori vniuscuiusq; familiae tota hereditas iure patriæ cedit, salua aliqua legitima, quæ reliquis liberis relinquitur, qua in re, hæc regio Bearniam equitate superat, in Bearnia enim Seniores primogenitiq; fratres post se genitos, pro suo arbitrio tractant, nec illis aliquid prætar victum in certum tempus conferre debent, curareque illos aliquo artificij genere instrui, quo sibi victum vitæq; necessaria parent, quod & inter Cauchos Normanniæ populos vsus obtinet: in Begorria Bearnia & fere per totam Vasconiã genus hominum est, quos aliqui Capets alij Gohets dicunt, sed quos omnes promiscue detestantur, & quorum commercium fugiunt, eo quod eos, pro lepra infectis habeant, ne ijs vllis in ciuitatibus, vrbibus, oppidisue degere conceditur, sed suburbia, locaque ab alijs femota incolere coguntur, in templis quoque illis loca ab alijs separata, parantur, ne alios inficiant, omnes fabri lignarij, aut victores sunt, nec vnum facile inuenias, qui aliud opificium exerceat, satis venusti sunt laboriosi & artibus mechanicis dediti, attamen vel in facie atque eorum actionibus, quiddam elucet, quod eos contemptui detestationique obnoxios reddit, atq; mirum, quod quamuis aliqui & eorum vxores, liberali forma pediti sunt, nihilominus ipsorum halitus & os, graue olet, adeo vt cum alicui appropinquant, ex ijs nescio quid ingrati odoris emanet, qui ipsorum ex carne exhalat, itaque à parentibus in natos maledictionis genus vocatum videtur. Vbicumque degunt pauperes egenique sunt, in diem diurno labore viuunt, ab omnibus seruorum loco censentur, nec vel infimo vel vilissimo cuiquam è populo iniuriam facienti resistere, nec verbis respondere audent: si eorum aliquis diuitijs præstat (quod rarum est admodum) ipsorum tamen filij bonorum heredes non fiunt, nisi mobilium, quæ omnes tanquam certam lucem abhorrent. valde me hercule admirandum rem tam insignem & memoratu dignam, à nemine veterum animaduersam esse, maxime quidem, quod in populosis Bigorriæ & Biarniæ Prouincijs, nec oppidum nec vrbs, nec Burgus sit, in quibus non aliqua horum hominum familia degat, licet à fabrorum corpore & societate aliorum ciuium distincta: itaque cum res hæc à veteribus prætermissa sit & iuniores causam ignorent, admirandum est, hos homines inter alios receptos non fuisse: quamobrem illos ire Dei nobis incognitę pœnas dare credendum est,

VASCONIA, QVAE BURDEGALENSI

Parlamento subest.

BURDEGALA vulgo Bourdeaux oppidum, antiqui Burdegal dixerunt, abbreviantes & aliquo modo mutantibus nomen Biturigala: olim secundi Bituriges dicti fuere, primi autem qui nunc vulgo Berruyers dicuntur. Ptolemæus Vibiscos dicit, quos Plinius intes Santones liberos recenset & Vibiscorum nomine compellat. Strabo eos Iosces dicit, sed vocabulum corruptum & Ibisces legendum est. Ciuitas longæ antiquitatis laude gloriari potest: argumento sunt muri, qui in eius meditullio sunt, vnde conijci potest, olim ampliorem fuisse quàm nunc est. Augusti tempore floruit. vetustatis in ea insignia sunt monumenta, cuius generis est Pallatium Tutelæ, quod ciuitatis genio dicatum erat, & Dijs tutelariibus: id extra muros ciuitatis olim fuit, in ora fossæ, quæ ad Septem Triones vergit, nunc ciuitati inclusam est: ex lapide quadrato constat pedes 87. longum est, latum autem pedes 63. in interiori parte fornice extructæ sunt forma planæ, vt antiqui consueuerunt. superior pars plane aperta est, tectoque caret, in eo 8. Columnæ striatæ fuerunt ab vtroque latere, & sex in fine latitudinis extremæ, quarum 18. adhuc erectæ stant. Pallatium (quod Galerne vulgo dicitur) extra ciuitatem est, eiusdem muri, eiusdem materiæ sunt, cuius & veteris & primi, 370. pedes longum est, 230. largum, Amphitheatrum fuisse ouali forma constructum nemini dubium esse debet. Celebri Academia in qua omnes artes docentur, ornata est Burdegala, sedesque Musarum & copie cornu rerum omnium est, deliciae hominum & locus in quem Deus sua bona effudit, nihil enim eximij in alijs vrbibus est, quod non in ea sit, siue victui necessaria, siue arma, siue mercaturam, seu quod maximum est, bonas literas artesque species. in Gallia nulla Prouincia est, quam Bacchus suis muneribus largius donarit, vinum (quod vulgo Gaure dicitur) toti Europæ Occidentali & Septentrionali notum est, omnesque hic suas merces venum exponunt, vt earum loco, tanti præcij liquore potiri possint, aut vino (quod vulgo *de Larmont & de la Bastide* appellatur) & locorum vicinorum: aut vino quod longius à ciuitate crescit, Melnij nimirum, de quo multorum est sententia, id Grecis illis Maluaticis & Cræticis postponendum non esse, sicut & panis qui vulgo de Potensac & d'Alencon (loca ciuitati vicina sunt) nominatur, pro deliciae Gueniæ habendus est. In cœmiterio Diui Seuerini labrum est Tymbi forma, super lapides qui (id aëri exponunt) collocatum, id plenilunio aqua impletur, & quo luna magis decreuit, eo magis aqua minuitur. Espario oppidum est ad mare supra Burdegalam. Cap de sainte Marie, quondam Promontorium de Curian dictam fuit. Territorium (quod vulgus le pays de Medonc vocat) circa paludes valde depressum est, aquarumque inundationi obnoxium: cum mare vehementius fluxit, retrocedentibus fluctibus apparent arenæ, & inter eas ruinae murorum, quæ ciuitatis Neomagij esse putantur, quam Ptolemæus supra urbem Burdegalam ponit. Blanquefortium Arx est, Dynastia Durazij. Territorium quod vernaculè Pais de Buchs dicitur Principatus titulo clarum est, eius dominum vulgus Captal de Buchs vocat, tanquam si diceretur territorium sub dominio illustri familia Candaleæ esse: abundat Pinis è quibus Resina lachrymarum instar fluuit: candelæ, quæ ex ea materia parantur, Burdegalæ iocose dicuntur candelæ de Buchs, his candelis pauperes regionis vtuntur, & in Prouincijs Armaignacensi, Biarnensi & Bigorreana: earum fumus domus nigredine inficit. quæ vernaculè les Landes dicuntur, longus tractus itineris est, arenis & erycetis oblitus, viatoribus æstiuis mensibus admodum difficilis, eo quod arenæ ferueant, terraque tam arida siccaque sit, vt ne aquæ gutta reperiri possit, attamen eum terre tractum homines inhabitant, in eoque pagi sunt à via Regia semoti: populus industrius est, viri fere omnes corpore exiguo sunt, sicco & à sole adusto, sordide vestiuntur, in victu parci sunt, quamuis diuitijs abundet, quas ex mercibus parant, nimirum Subere, Pice, Resina, Pecudibus, quæ omnia solum abunde suppeditat. ALBRETVM oppidum caput sui territorij in ducatus decus euectum est. La Chalosse (vt vulgus appellat) regio est, quæ sub Basobacatibus comprehensa fuit, famam addepta est ob vinum album quod in ea crescit, id bonitate vino quod in Beelsia & Andegauensi ditione prouenit non cedit, sed id potius generositate & dulcedine vincit. In regione quæ vernaculè le pays entre deux mers dicitur, oppida sunt quæ hic enumerantur, ea Burdegalensi Parlamento subiecta sunt: nempe Fanum Macarij; Comitatus Benaugesij subditus illustri familia Candaleæ, Larmontium, Charbonniera, le charbon blanc, Libourne diues est oppidum in ripa fluuij Dordonnæ situm. Territorium quod

verna-

vernacule *le pays le fronsadez* dicitur, Marchionatus est fama celebris, ab oppido & Arce Frō-
fac nomen adeptum, eius fundamenta Carolus magnus posuit cum Hunauldum Aquitanū
perlequeretur, qui se ad Lupum Vasconum Regem contulerat, inter munitissima Guienne
loca recenseri debet: situ peramœnum est, in summitate montis: vnde prospectus Libour-
nam oppidum versus, & omnia quæ secundū maritimā regionem sunt patet: eius regionis la-
tus se extendit, ad oppidū quod Bourg vulgo dicitur vsque, inde ad locum qui vernacule *le*
Bec d'Ambes dicitur, eum veteres d'Ambons dixere, sed contributionis Santonum est. Mont
Albanum vetusta Arx est, non longe ab oppido Frōnsac distans, hodie eius ruine tantum vi-
suntur.

Bazadoisium, vulgo Bazadois.

B A Z A S oppidum quondam Vassate dictum est, & populis Aufcijs annumeratum fuit,
Ptolemæus Culsium nominat, sed ab indigenis nomen accepit. in arenarum medio situm est
sed non ab omni latere, pars enim quæ Septem Triones spectat, fertili territorio rerumque
omnium vberi gaudet, nempe frugum, vini, fructuum, pecorum, hæc enim eius peculiare
diuitiæ sunt: Sedes Seneschalli est, cuius iurisdictio cis & ultra Garumnā extenditur: in
vltiore ripa sunt Fanum Baziliæ, Regula opibus præstans oppidum cum Arce munita,
Monsegur, S. Ferme, Castel miron, Geronde, Saunet erre, & Dordonnā vsque multi pagi. In citeriori
autem parte sunt Mont Marfan, Castet, Geloux, Aire Episcopi sede clarum, le Max d'Aire &
alia, quæ in territorio eo simili (quod vulgus *les Landes* vocat) sita sunt: totus hic tractus e-
nim in Vasconia est. Fanum Severi, Cap de Gasconne vulgo non abs re dictū est, hunc enim
tractum veteres Vaccei aut Vascones incolebant: eorum dominium in Cantabriam vsque
protendebatur tam in montes, quam secundum maris tractum, itaque populi, qui proprie
Vascones dici debent sunt Baionnenses, Basques & Biarnenses, qui veram Vasconum posse-
sionem occupat: eam quondam possedit ille Lupus Vasconum Rex, tempore Caroli Magni:
quando Vasconia mentio fit, non tam generaliter id accipiendum est vti nunc fit: quon-
dā id nomen ijs tantum populis inerat, qui montes inhabitant & Biscaiam versus sedes
habent: sciendum itaque est Bearnenses Baionnenses & Cantabros siue Biscainois esse an-
tiquos illos Vascones, & eorum Prouincias veram Vasconiam, quod nomen illis peculiare,
postea adaptatum fuit populis omnibus, ab vnis Pyrenorum finibus ad alios vsque fines &
terminos illos incolentibus. **T A S T E** oppidum est. **D A X** vrbis incole Ptolemæo
d'Ascij dicti sunt, multi aquas augustas esse putarunt, propter balnea (quæ vulgo de Techis
dicuntur) commode sita est, & forma quadrata extructa, vallo fossaque tam probe mu-
nita quam aliud Franciæ: aquarum tantum habet quantum optari possit: in se claudit bal-
nea calida, quæ multis morbis medentur: cum Guienna Anglis parebat, vrbis nobilium
dicta fuit, quod à n. eius territorij nobilitate claris viris regeretur, quorum vnusquisque
in ea Turrim habebat, quæ suæ gentis ac familiæ nomen gerebat: extra urbem circa Ar-
cem diui Panthaleonis fons est, aquas salvas effundens, eius generis fontes multi secundum
montes Pyreneos visuntur, ex quorū aqua sal coquitur, qui quamuis pulcher sit, corrosiuus
est, sui enim natura, aliquantulum aluminosus existit: quarta vnus miliaris parte ab
vrbe Antrum est (vulgus *la Grottesque* dicit) in eo Tres Tymbi sunt, qui per se aqua ple-
nilunio implentur, decrescente verò luna, ne aquæ quidem guttam retinent: res hæc rara ad
modum, notatuque digna est: vt paucis dicatur Aquense territorium multis rebus est insig-
nitum, nempe frugum fertilitate, balneis ferri & aliorum metallorum venis, bitumine &
ciuium probitate. **B A I O N N A** oppidū Metropolis est Vasconum. Ptolemæus Aquas augu-
stas dicit, ponit pro Metropoli Tarbellionum: in ripa maris occidentalis sitū est, eo loci quo
fluuij Adurus & Graue suas aquas maritimis vndis miscent: pro munitissimo omnium quæ
Francorum Regi parent habetur, ijsque quæ obedientiæ laude præstant adnumeratur. Regi
Carolo septimo se tradidit hoc oppidum cum se admirabili modo, ab Anglorum seruitu-
te emancipasset. Metropolis est Biscainorum & Cantabrorum qui Regi Franciæ parent, eius
iurisdictio protenditur ultra fluuium Iron, Fani Ioannis de Luz oppidum vsque, quod
Franciæ regnum ab Hispanico seiungit, in oppido Baionnensi, Gubernator siue Prouinciæ
Præfectus non exiguæ authoritatis est, nec nisi Rex & eius sanguinis Principes armis instru-
cti oppidum ingreditur, alij omnes id ingressuri arma ad oppidi inferiorem partem relin-
quere coguntur.

Princi-

Principatus Bearnia, vulgo Bearn.

MULTI setorquent in nomine Bearnia, summo opereque mirantur Tractum montibus oblitum, qui est inter Begorrianum Comitatum, & Vasconiam Baionnensem, sic appellari, incolasque Bearnios dici. Francis subdita erat Bearnia tempore Regis Clodouei, & in dotē (quæ vulgari lingua Germanica Morgengabe dicebatur) data fuit Gailefunde sorori Regine Brunehildis, sub nomine Benarm. Carolus Martellus Bearnenses, in auxilium contra Saracenos accersuit. Aliqui conijciunt, Gothos cum Hispaniam ingressi sunt, reliquias sui exercitus in hac regione collocasse, certum est in ea conseruatas esse nobilissimas prosapias post diluuium Sarracenicum. Id quoque certum est in vasto illo terrarum tractu Septē Triones versus, vnde Gothi prodierunt Biarmos esse, nec absolum videtur hos esse, quos Gregorius Turonensis Benarmios dicit, idque nomen temporum successu, in Bearnia commutatum. Cum itaque Biarnenses tempore regum Merouingeorum, notique Carolo Martello fuerint, multis ante annis, quam Berna Heluetiorum ædificata sit, necessario consequitur, Bearnenses, à Bernatibus Heluetiæ originem non traxisse, nec ipsis hanc regionem à Carolo Martello dono datam esse. Regio quam Bearnenses incolunt ad pedes radicesque montium Pyreneorum sita est, extenditurque à Meridie in Septentrionem, à Meridie terminatur Begorriæ Comitatu, à Septentrione Vasconia Baionnensi, Regali Francica, à qua distinguitur vndis impetuosus fluuij, qui vernacule Gaure dicitur, latitudo regionis est ab Oriente Occidentem versus, ei ad Orientem est territorium, quod vernacule les landes & Chalosse dicitur, secundum Adourum fluuium, ad Occidentem est Vasconia Cantabrica cui imperat Rex Nauarræ, eiusque Metropolis est Sancti Pelasgi oppidum, quod sedem prebet Parlamento Prouinciarum Regis Nauarræ, quas iure supremo possidet, ab hoc montium latere. Prouincia Bearnensis in duas partes diuiditur, vna montibus oblitata est, in ea Oleronum oppidum visitur, altera pars valles sunt in ea Lescar oppidum est.

PAU oppidum Principatus Bearnia Metropolis est: sedes Principatum peramicena, in eo Rex Henricus Alebretius inchoauit fastuosum illud ædificium, quod nulli Principis Christiani Pallatio cedit. Hic Curia suprema est, in qua omnia diiudicantur secundum fora, vsus & consuetudines regionis. ORTHEZ antiquum est domicilium Comitum Foxiorum & dominorum Bearnia. MORLAS locus est vbi moneta cudebatur. NAY oppidum mercatura nobile est. Pontac & Coderch oppida sunt. NAVARRINS oppidum, ad radices montium Pyreneorum, ab eo latere pro vallo, & ad prime munitum est, tam natura quam opere iussu Regis Nauarræ Henrici primi. OLERON oppidum est, in fastigio montis ipsaque montium asperitate inter oppida Courde & Nay: antiquis prorsus ignotum fuit. LESCAR ciuitas, olim sedes fuit Principum, qui postea Pau oppidum ei pretulerunt. SERRANCE oppidum in monte situm & Gallia vltimum est. Sabaulade Abbatia est. In hac Prouincia, nec Oppidum, nec Pagus est, qui non aliquid singulare habeat, regionis politica conducens. Valles vulgo du Sault & d'Aspe dicte præ reliqua regione populo frequentes sunt, earumque viri animosi strenui & audaces habentur. Territorium vulgo de Iurancon dictum, generoso vino quod producit nulloque Franciæ bonitate cedit celebre est. In Bearnia balnea sunt aquarum calidarum, tepidarumque, omnibus alijs Europæ præstantiora. Tanta in Bearnia & montibus vicinis, tum etiã in planicie res raræ naturæque miracula videre est, vt illis explicandis integro volumine foret opus. Regionis maxima pars milio abundat, nec tamen multis locis frumento caret, neque vino, piscuis maxime fertilis est, pecoraque hic abundant, vnde butyrum, lac, & caseum habent: lini & canabis copiosam mercaturam exercent: si aliqua Gallia Prouincia capris abundat, hæc ijs supra modum scatet, eas hic facile nutriunt, citra damnum fructuum teneriorumque arborum, in rupibus & Erycetis nempe, quibus regio abundat: incole regionis strenui, agiles, humani, affabiles sunt, sed cauti subtilesque, sua lingua eloquentes, armis strenui, libertatis studiosi: omnes se nobiles dicunt, magnisque immunitatibus gaudent, elati superbi que: magni se ipsos faciunt, aliosque præ se contemnunt (quod in ipsorum factis maxime vitio duci potest, cum alioquin laudabiles sint) literis non incipros esse docent viri doctrina præstantes, qui ex ea Prouincia oriundi sunt: omnes scire audire & extraneos auscultare gaudent: Nobiles strenui sunt, plus eis curæ est, bene facere, quam splendide molliterque vestiri: inter ipsos ex Cantabris primum obtinent, locum familiaria illustres, Grâtmontia & Lusse: in Bearnia inter illustriores recensentur, dominus d'Andonis

donis magnus Senescallus regionis, Barones à Mirens à Iadre, Montens, S. Celombe Esghalabagne Coderch
Manales, Castelan, Maseres, Luz, Suz, & alia.

Bearnia Principum series hac est.

SARRACENIS Gallia pulsas Bearnenses diu sine Rege fuerunt, suis legibus viuentes, eaque libertate fruentes, qua à Carolo Martello & postea à Carolo Magno donati erant: secum autem reputantes se diutius Principe carere non posse, eum aliunde querere constituunt, miserunt itaque legatos in Cathaloniam ad virum strenuum & nobilitate clarum Vuillelmum Moncadam, cui duo filij erant, Vuillelmus & Gasto, quos cum legati dormientes inuenissent, Gastoni que apertas manus dum dormiret esse viderent, eum elegerunt, inde colligentes ipsi manus apertas ad dandum, subditisque benefaciendum fore, quod fratri vero dum dormiret manus clausae fuissent inde ratiocinati sunt, eum tenacem & auarum eausurum. Gastonem itaque secum duxerunt, nutriuerunt, & in Principem sibi constituerunt cum eis iureiurando promississet, se eorum fora, leges & consuetudines non violaturum, quod iusiurandum deinceps eorum Princeps praestiterunt: itaque suos Principes eligendi ius, penes populum esse affirmant contenduntque Bearnenses.

GASTO itaque Vuillelmi Moncade filius Bearnensium primus Princeps fuit, suo patri Moncade (qui cum fratre Vuillelmo in praelio contra Regem Maioricarum cecidit) quoque successit: Begorre Comitatum est adeptus, per vxorem Martham, filiam & heredem vnicam Esquibati Begorrie Comitis: hoc matrimonio prognati sunt filiae duae, quarum vnam Comiti Foxio, aliam Armagnacano Comiti elocauit: sed ipsius hereditas Foxio obtigit, quod ei auxilio fuisset contra Nauarrae Regem, cum quo dissidebat, excluso Armagnacano quonia sibi adesse noluisse: ex consensu itaque Ordinum Bearnia & Begorre quaecumque sua bona Comitibus Foxijs dedit, iisque fidem clientelarem (quam vulgus homagium vocat) a subditis iurari voluit, quae bonorum donatio Anno Christi 1286. facta est, Domus itaque Bearnia, Begorra & Foxij coniunctae in perpetuum fuerunt.

MARGARETA Gastoni patri successit, nupsit Rogerio Bernardo Comiti Foxio filio Rogerij Bernardi & Manigardis, Comitis Narbonensis filiae, ex quo coniugio nati sunt Gasto, qui parentibus successit: Brunice quae Heliae Comiti Perigorio: Constancia quae Antonio Leuyso Mirepoixij Dynasta: & Ioanna quae Petro Arragonio maritis elocatae fuerunt.

GASTO secundus titulum gessit Principis Bearnia, Comitis Foxi, & Begorra: in vxorem duxit Ioannam Ludonici Franci, Eburonicensis Comitis filiam, quo matrimonio editi sunt Gasto qui patri successit: Rogerius Bernardus Moncade in Catalaunis dynasta, Vicecomes Castellboni quo genitus est Matheus qui post patrem Vicecomes Castellbonij fuit: tandem post Gastonem quartum Bearnia Princeps: & Isabella quae fratri Matheo successit deficientibus masculis ex linea directa oriundis: Gasto naturalem filium genuit (cui lupus nomen fuit) quo nata est Blancha quam in vxorem duxit Ioannes Galley qui Captal de Buchs (vt vulgo vocant) erat.

GASTO tertius duxit in vxorem Eleonoram Comingeanam, Comitis Comingei filiam quae ei peperit Gastonem, qui patri successit.

GASTO quartus is est quem tot laudibus Froissardus historiae Gallicae scriptor effert, duxit in vxorem Agnetem Regis Nauarrae Caroli (qui crudelis dictus fuit) sororem quae ei peperit Gastonem infelicem puerum, nam eum pater proprijs manibus occidit, quod venenum ab auunculo datum secum ferret (cuius veneni tamen vis & auunculi dolus ei ignotus erat) duos nothos Iobbam & Gratianum habuit Gasto: eo sine legitimis liberis decedente ei successit Rogerij Bernardi Castellboni Dynasta filius Matheus.

MATHEVS duxit in vxorem Ioannam Arragoniam decessit, nullos post se relinquens liberos.

ISABELLA fratri Matheo successit, Archibaldo Captali Buchsio cui nupta erat peperit Ioannem, qui parentibus successit: Gastonem Captalem Buchsium Francici nominis inimicum, quo geniti sunt Candalei Comites: Archambautum dynastam Noaileij: Petrum Episcopum Escarsium, postea Cardinalé deinde Legatum, qui Collegium Foxium Tholosae erexit, redditibusque dotauit: Matheum Comingiae Comitem.

IOANNES parentibus in Principatu Bearnia & Comitibus Foxio & Begorre successit, duas vxores habuit, quarum vna Maria Nauarraea, ei nullos liberos peperit, altera autem Ioanna Albretia ei peperit Gastonem qui patri successit.

GASTO Regi Francorum Carolo septimo magno vsui fuit, cum Anglis Guiennam eriperet: in vxorem duxit Eleonoram Ioannis Regis Nauarræ filiam, quem Gasto in regnum Nauarræ restituit, quo eum filius Carolus expulerat. Hoc matrimonio prognati sunt Gasto viennæ Comes, qui patri successit: Ioannes Vicecomes Narbonensis, qui in vxorem duxit Mariam Aurelianensem quæ ei peperit Gastonem Nemoursium, qui Hispanos memorabili prælio ad Rauennam Anno Christi 1512. vicit, sed fugientes intemperantius persequens occisus fuit: Petrus Cardinalis: Iacobus: Maria Marchionis Môtifferrati: Ioanna Comitissæ Armagnacensis: Margareta Francisci Ducis Britannia: Catharina Comitissæ Candalei vxores. & Eleonora quæ puella obiit.

GASTO Viennæ Comes patri successit, duxit in vxorem Magdalenam Franciscam, Regis Francorum Caroli septimi filiam, quæ ei peperit Franciscum Phebum qui patri successit & Catharinam.

FRANCISCVS Phebus Auia maternæ Eleonoræ in regnū Nauarræ successit, in quo Pompeiopoly inauguratus fuit Anno Christi 1481. quo vno tantum anno potitus est, obiit in Pau oppido, Escarsy sepulchro Principum Bearnia illatus.

CATHARINA Francisco fratri, tam in regnum Nauarræ, quam in Principatum Bearnia & Comitatus Foxij & Begorria successit, nupsit Ioanni Albretio, Alani Magni filio, Ioannem Nauarræ Regem, Iulius secundus Romanus Pontifex quod contra se, cum Imperatore Maximiliano primo & Francorum Rege Ludouico duodecimo stare excommunicauit, eiusque bona præde exposuit, quare Ferdinandus Hispanarum Rex, ei Nauarræ regnū ademit & ex eo propugnaculum, Francia obiectū fecit: Regi Ioanni itaque nihil fere præter Nauarræ titulum reliquum fuit: eo & Catharina prognati sunt Henricus, qui parentibus successit: Franciscus qui puer obiit: Anna quæ Comitissæ Candalei filio nupsit: Isabella quam in vxorem duxit Vicecomes Rohanius: & Quihira vestalis monacha.

HENRICVS Ioanni patri in partem regni Nauarræ quæ supererat, in Principatū Bearnia & Comitatus Foxio, Armagnacano & Begorreo successit, in vxorem duxit Margaretam Caroli Engolismensium Comitissæ filiam, Regis Francisci primi sororem, quæ ei peperit Ioannam.

IOANNA desponsata fuit Vuillelmo Cluizæ Duci, sed ex Romani Pontificis dispensatione Anno Christi 1548. nupsit Antonio Duci Vindocinensi cui peperit Henricum, qui parentibus successit, & Catharinam.

HENRICVS Ioannæ matre odore veneno infectarum chyrotecarum (vt fertur) extincta (Anno Christi 1572. dum Lutetia Parisiorum strenuam operam nauat apparandis ipsius nuptijs cum Margareta Regis Francorum Henrici secundi filia) ei successit.

25

PERIGURIANA PROVINCIA, VULGO PERIGORT.




VOD ad cœli constitutionem pertinet, Comitatus & ager Perigurianus est in XLV gradu latitudinis Septentrionalis, longitudinis autem XX aut XX semis: Regio est montosa, lapidosa, aspera, maioriq; ex parte siluis obsita, quarum aliq; quercubus constant, quas incolæ lingua vernacula lairie vocant, sed frequentiores sunt castanearû arbores, quæ populo magno emolumento sunt, nam ei cibum præbent, & ijs saginant porcos, quorum mercaturam exercet, eosq; per omne Franciæ regnum, Hispanias vsq; distrahit: quinetiam hoc commodum ex his arboribus percipit populus, quod modico tempore renascuntur, fructumq; pulchriorem, melioremq; ferunt, postquam ad pedem vsq; cesæ fuerunt: frumenta habet hæc Regio,

non tamen adeo copiosa, vt Beelsia vulgo Beauisse, aut Francia, nihilominus nutriendę Regioni sufficiunt, & sepe vicinis aliquam partem suppeditat: vina huius Prouinciæ secundû loca quibus crescunt, sapida vel insipida sunt: quæ circa oppidum Nontronum (quod huic Prouinciæ vicinum est) crescunt, immatura acerbaq; & exiguarum virium sunt: at in territorio circa fluuium vulgo dictum Bandiat, vinum generosius est: urbem Periguriam & vltra regionem Ageneensem versus, vina sunt delicatiora, nutriētia, non austera nec fumo sa, at stomacho conducentia. Aër Prouinciæ valde subtilis salubrisq; est, quam obrem raro pestis vel contagiosus alius morbus in ea grassatur. Territorium populotum est, hominesq; sani, dextri, fortes, alacres & longæui: ea corporis bona ipsis naturalis sobrietas comparat: paruo contenti sunt, valideq; corpora exercent: sunt itaq; optimè temperaturę. Etsi autem multis videatur ijs aliquid adherere stupiditatis, nihilominus Belleforestius, qui de ijs expresso scribit, & dau in Periguriana regione fuit, nūquam affabiles, dexteriores, aptiores, magisq; idoneos homines, omni honestæ actioni exercitioq; se vidisse asserit, si literæ, arma, artes, & scientiæ mechanicæ spectentur sed nobilitatem (quæ numero frequens est, & antiquæ adeo stirpis vt iuos progenitores referre possit, ad eos Fracos, qui primi in Gallias aliunde migrarunt) excellere dicit, ipsamq; humanitatis & benignitatis scholâ appellat, & oppida incolentes nobilitatem imitari asserit: huius Prouinciæ femine forme sunt, non dedite luxui, nec se studiose comunt, castæ, modestæ, probeq; matrefamilias, nec si aliquid mandatum putant, quàm familiæ curam: non huc illuc discurrunt, itaq; mariti illis duri non sunt, neq; eis succentent, si sese obiectent, quantum honestas id concedit, sed natura mosq; Prouinciæ ipsas semper ad honesta stimulat, rerumq; domesticarum curam habere cogit, detestariq; luxû nulloq; tēpore desidiæ vacant, vt longe à se arceant assultus, quos ocium feminis desidiosus mouet. Regio comoda est, rei herbariæ studiosis, in eaq; plantarum variq; generis simplicium magnus numerus est. Fodinis saluti conducentibus abudat: adeo vt magnæ argenteæ crustæ ad Nontronû oppidum reperiantur, & lapis quem Latini lazulum vocant. Fontium est infinita multitudo, ex quibus Riui vndiq; labentes fluunt, inter hos fontes, aliqui medicati sunt, naturaq; calidi, venas enim sulphureas permeât.

PERIGORDIVM siue Periguria ciuitas, vulgo *Perigeux*, regionis nomen popolare obtinet: Ptolemæus Vessunam dicit, quod adhuc nomen est rotundæ Turri, quæ satis integra conspicitur, si temporis quo fundata fuit principium spectetur: in mediotulio regionis, cuius est Metropolis, sita est Periguria, in planitiæ vndiq; cincta, circumdataq; montibus & collibus, qui tamen ciuitati tam vicini non sunt (excepta Meridionali parte) vt ipsa tormētis quati possit, ex ijs montibus & colliculis, qui satis bonum delicatumq; vinum proferunt, ad Ciuitatis partem Septentrionalem sunt ruinæ Amphitheatri, structuræ magnificæ (vulgo *les Rolphes* dicuntur) exstructum est Amphitheatrum forma ovali, eius longitudo protēditur in XXX orgyas, largitudo fere in XX: eiusdem est operis cuius & illa Turris Vessuna: in interiori huius Amphitheatri parte, sunt caueę quibus includebantur Fera, quibus homines ad bestias damnati obiciebantur dilacerandi: aut ijs caueis bestię ille asseruabantur, donec in publicis spectaculis & ludis inter se committerentur: apud ciuitatem fons est, cuius gustus Alumen lapit, & circiter D. passuum interuallo ab eo fonte, adhuc alter videtur:

PERIGORIANA PROVINCIA



Carta

detur: apud parvam sacram ædem, quam Carolus Magnus extrui curavit, cuiusque nomen habet: eius fontis gustus est cuius prior, indicat hic sapor, inesse territorio aliquid secretioris naturæ, quam nosse posset is, qui id perscrutaretur: commercium mercaturæ, in hac Vrbe frequens est, mechanicæque artes, studiose exercentur, ab industrijs probisque operarijs: populus ipse quietus est, Magistratui supra quam dici possit obedientissimus.

SARLATVM Regali & Episcopali sede insignis est.

BREGERATVM etiam tribunali Regio claret.

LINDA oppidulum est ad fluuium Dordonnam situm, hic fons est, qui fluit è Turri quadrata, decem plus minus pedes alta, eius latitudo est semiorgye, in interioris partis circumferentia: huius fontis vena tantum aquæ exurgit, ut duorum frumenti pistrinorum rotis versandis sufficiat: cum aqua effluxit ex Turri (quæ prope fluuium Dordonnam sita est) circiter L passus, & à territorio natura alto, impeditur ne ulterius fluuat, ad Turrim vnde efflueret refluit, & in hoc refluxu rotas dictorum pistrinorum rotat: cum autem ultra vnus pedis interuallum non sit, à loco quo ascendit aqua, à loco vbi descendit, tanta tamen vi refluit ut dictorum pistrinorum rotas circumagat: conicitur (quod & verisimile est) ultra Dordonnam fontem esse, qui per Aquæductum sub eo fluuiio excauatum, in Turrim (quamuis ultra Dordonnam sitam) fluuat: ratio coniecturæ est, quod vnus miliaris spacio, Dordonnæ fluuij fundus, rupes durissima sit, lapisque viuis firmissimusque: tum quod ultra Dordonnam magnus fons sit, qui se in terram condit, in scrobe aut canali, qui excauatus est in Rupe: existimatur eam aquam per Aquæductum, sub fluuiio ferro excisum in Turrim duci: Cæsar itaque aut alius Romanus Imperator (cum in hanc Prouinciã possiderent) hunc Canalem sub fluuiio excanasse, fluuioque vim fecisse autumatur.

MIRAVMONS oppidulum est, in eius vicinia videtur Crypta, quam regionis incole *le Cluzeau* vocant, de qua (Crypta) qui eam ingressi fuerunt, res mirabiles narrant: nempe eam sub terra protendi ad V aut VI miliaria, in eaque esse Aulas pulcherrimas, cubicalaque, quorum aliqua strata sint lapide vario colore, siue vermiculato (quod opus Musaicum vocant) præterea referunt in ea Crypta esse Altaria & multis in locis picturas: vestigia quoque omnis generis pecudum, minorum & grandium in ea conspici: fontes & fluuos quoque inesse, eorum vnus Caut CXX pedes largum esse rapide impetuosaque fluere, valde cauum esse & profunditatis admirandæ: eum nemo audet transmittere, quamuis ultra eum longe lateque terra pateat. Cryptam nemo ingredi audet, nisi si pluribus concomitatus sit, magnoque facium accensarum, laternarumque numero instructi sunt ingredientes, & cibus coctis, quibus vescantur si forte fortuna aberrarent: aliunde Crypta lumen non habet, quam ex ingressu.

MUSSIDANVM & Insula oppida sunt, tum etiam Riberacum quod Vicecomitatus titulo est insignitum.

NONTRONVM oppidum Arcem habet inexpugnabile, clarum est Baronatus titulo.

MARSACVM pagus est, dimidio miliari ab vrbe Periguria, in eo fons est fluens & refluxus maris instar.

BATHOMME oppidulum est, nitidum tamen, pingui in solo situm, in eo Abbatia est prædiues.

LVNELLVM in rupe situm est, eius partem Dordonna fluuius alluit, oppidi Dynastæ sunt ex illustri gente Turenia.

RVPES vulgo dicta *la Roche*, subest Domino Trigouantio, in contiguo eius ædium in Rupe est Crypta larga & spaciola, è qua effoditur terra subrubra, eiusdem coloris, virtutis & efficacis, cuius est Bolus Armenus Medicis dictus.

ABBATIAE IN HAC REGIONE SVNT,

& vulgo nuncupantur.

Chanbelle, Tortorac, Perose, Boschauc, La Chastre, S. Amand, Te. rasson, Cadom, S. Pardon, Abbatia est foeminarum: sunt & in Regione Periguriana alia oppida, Pagi, Burgi, Arces & nobilium ædes innumeræ.

LANGVEDOCIA QVÆ ET OCCITANIA, VVLGO

Languedoc dicitur.




LANGVEDOCIAE nomen corruptum est, originem habens à Gothico, quod est Septentrionalium Gothorum lingua vernacula *Gothlant*, id est terra Gothica, sed literis transpositis & mutatis, primum dicta fuit *Lan-Goth* tandem *Languedoch*: hoc nomen Prouinciæ huic inditum, quod Reges Gothorum ei imperarent, exactis Romanis, quibus & Aruerniam & Aquitaniam eripuerant. Pars est Galliæ quam Romani dicebant *Brachattam*, ab habitu Gallis vsitato: eandem quoque Galliam Narbonensem primam vocarunt, illam, quæ nunc Prouincia vulgo *Prouence dicitur*, cuiusque caput est Aquæ sextiæ Ciuitas vulgo *Aix* dicta, secundam nuncuparunt. Languedocia multas in se Regiones comprehendit quarum quælibet urbem Metropolim habet.

CIVITATES ET OPPIDA IN EA SVNT.

TOLOSA ædificata est tempore Deboræ Iudicis Iudeorum, anno mundi cIo cIo cIo X cIo XVI. Colonia est Tecto satorum qui indigene erant, vnde colligitur, ex primis fuisse qui post Diluuium, in Gallia sedes fixerunt, nulli Ciuitatum Galliæ (Lutetia Parisiorum excepta) cedit. Academia claret tam celebri, vt cum omnibus quæ in Europa sunt, contendere valeat, in ea olim omnes artes liberales disciplinæque docebantur, nunc autem Iurisprudentiæ studio floret. In platea quæ nunc Portaria dicitur, quondam templum fuit, Apollini, nunc D. Quintino Martyri dicatum, & adhuc aliud Ioui sacrum, vbi nunc templum est, quod vulgo *nostra Dame de la d'Aurade* dicitur. Portaria autem deriuatur à latinis nominibus Porta & aries, quod eo loci Iupiter Arietinus adoraretur, aut vt alij opinantur quod illic esset Figura signi Zodiaci Arietis, sed prima ratio potior videtur, eo quod idolum Arietis præcipuum erat Tolosatum simulachrum, in quo imitabantur Lybios, qui Iouem Hammonium, sub imagine Arietina colebant. Amphitheatrum quod ibi quondam fuisse dicitur, pauca supersunt vestigia, sicut & Capitolij apud locum qui Inquisitio dicitur, Arx est structuræ rotundæ, ea quandam similitudinem Capitolij Romani retulisse videtur. Romanos Tolosam in prætio habuisse argumento est, quod ei ius Capitolij concessum sit, non enim facile inuenias alicui Ciuitati hoc fuisse indultum, præterquam Narbonæ, Carthagini & Romanos restauratæ, & Tolosæ. Sedes ea est Parlamenti aut Curie supremæ totius Languedociæ. **NARBONA** vrbs, quondam Colonia Decumanorum dicta fuit, quod legio decima ibi ordinariæ statura haberet, terra quoque dicta fuit Romanorum, qui eam suam Coloniam Imperijque propugnaculum vocabant, omnibus inimicis obiectum. Strabo ipsam commercium & forum dicit, quo non celebrius aliud in ijs regionibus extet, & Nemausum efferens omnibusque huius regionis Ciuitatibus præferens, tamen semper Narbonam excipit, propter eius diuitias, splendorē, & magnificentiam. cloaca Galliæ dicta fuit, quod loco valde depresso sita sit, & quodam modo in loco profundo locata, super paludem quæ se late extendit. **MONS PESSVLM** aut Mons puellarum vulgo *Montpellier*, oppidum, quondam Agathopolis dictum fuit, quod bonorum ciuitatem significat: situm est in colliculo: in adprimè venusto territorio, aëre gaudet placido & salubri Ciuitatis amœnitas, ciuium humanitas, territorij fertilitas, aëris salubritas & opes quas ibi natura effundit, Medicos alexit, qui ibi sedes fixerunt artemque medicinæ publice docent, tam docte tantoque successu, vt facile primas in ea disciplina teneant: initium eius Academiæ iam tum eo cepit tempore, quo Saracenis Hispania exactis, scientia medicinæ cum discipulis illustrium Arabum, Auicennæ, Auerrois & aliorum huc se contulit, à quo tempore artis Medicinæ veritas penes hoc oppidum hætenus mansit, & Cathalonia prædæ fuit populo Galliæ Narbonensis. **NEMAVSVM** vulgo *Nismes* vrbs à Phocensibus fundata, à Romanis in prætio habita fuit, qui ibi domicilium figebant: quondam Metropolis fuit Volcarum *Arecomitorum*, quod nomen vsurpatum aut potius retentum est à Græcis, cum ipsorum sit Colonia: olim multo amplior fuit quam nunc est, operibusque magnificentia, & fastu se ostentantibus claruit. Territorium oppidi amœnum est, & insigni fertilitate luxurians: in eo Amphitheatrum est, quod sua exteriori parte, tam integrum est. quam quod Veronæ

vistur



visitur sua interiore, pristinumque decus integritate præ cæteris Europæ retinet, nec insultus Gothorum, cursus Saracenorum, ignes Attilæ, Caroli Martelli dum cū Gothis belligeraretur ruinæ, hoc naturæ miraculum demoliri potuerunt: negari tamen non potest sedes quæ in eius circuitu erant, nunc aut alio asportatas, aut ab ipsarum primis locis remotas: caueas & subteranea loca terra oppleta esse: nec etiam inficiari potest campum Martis, qui ante hoc Theatrum erat (in quo populus conueniebat cum Romano more, novos Magistratus crearentur) non amplius campum esse, sed in eo ædificia extructa, alijsque visibus accommodata esse. *Le Cap d'ueil* vulgo dicta domus (olim templum fuisse iussu Imp. Adriani constructum in gratiam suæ vxoris Plotinæ, quæ eum ad Imperij fastigium euexerat opinio est) facta est forma quadrata, sed parum in longitudinem vergente, ab vnoquoque latere decem columnis fulta est, ab vna fronte sex columnas habet, ab alia totidem, eius tectum ex magnis lapidibus structum est, vt in eo deambulari possit: vt paucis dicatur exquisitæ structuræ est hæc domus. Templum fonti propinquum, quod suam integritatem defendit est aduersus iniurias temporis, forma est quadrangulari, duosque habet ordines collaterales columnarum suis Basibus insistentium, adeoque decoratarum vt ad perfectionem artis Architecturæ nihil possit requiri: Columnæ fenestras rotundas habent, & Nidos collocandis Dijs Romanis idoneos: olim hic fuerunt, & adhuc visuntur Aquilæ è plano prominentes, quæ veteris Imperij Romani notæ sunt, modo capitibus truncatæ visuntur, conijcitur id à VVisigothis factum, vt Imperij Romani memoriam e cordibus hominū (quos subegerant) euellerent indicarentque Romanum Imperium corpus esse capite truncatum. Templum Cathedrale Nemausi, ornatum est ædificijs magnificis, pavementum stratum est opere Musiium imitante, in eo multæ signorum antiquorum Notæ expresse sunt. Extra oppidum est structura vetusta, in colle qui Fonti vicinus est, vulgo *Tourmaigne* ducitur, quidam eam Turrim Romanam dici volunt, alij magnam respectu aliarum, quæ ei magnitudinæ pares non sunt, constat ex lapidibus exiguis quadratis tam adfabre iunctis, cementoque incrustatis vt nullius hominis quantumuis diligentis labore diurno quarta vnus orgye pars dirui posset: si ex eo quod adhuc superest, iudiciū fiat quid fuerit nā forma Pyramidali extructam, in angulari latere, veteris & antiquissimi muri vt ibi specula esset, aut tanquā vallum & munimentum esse videretur. **BLITERAE** vulgo *Besiers* peruetustum & oppidum Romanis notum fuit, Gothi id sub iugum redigerunt, Carolus Martellus solo equauit. **CARCASSONA** oppidum est. Alethium ad pedes montium Pyrenæorum situm est. Agda & Bellocayrum vulgo *Beucaire* oppida sunt. Alezium oppidum Vicecomitatus titulo insignitum est. **VTICA** vulgo *Vzey* oppidum in Ducatus honorem euectum est. Lodesua quondam Arx fuit. Inter Belcairum, Vticam, & Lodesuam Pons est structuræ admirandæ & stupendæ, vulgo *Le pont de Gard* dicitur. Inter San Priuatum & Rimolinū oppida, est structura veterū Romanorum, Aquæ ductus fuit quo ipsi aquam Nemausum ducebant. *Sommieres* super fluuium Vidourlam, *Castra. Villemans, Pezenas, Agda, Cabestau, S. Nazare, Clermont, de Lodesue, S. Pons de Tonneres, S. Papoul, L. Auaur*, oppida sunt. *Castelnaud* caput est regionis vulgo dictæ l'Auraguez loco percommodo situm est: territorium planum frugum, leguminum & Ysatidis herbæ (quæm Pastel vocant) fertile est.

Rhodes Metropolis est regionis Rhutenorū, quæ vulgo Rouergue nuncupatur. Passa est hæc ciuitas persecutiones Gothicas, Francorum insultus: excursions Saracenicis bellicis assaultibus Francorum contra Reges Aquitanie diuexatum fuit, tandem in Franco: um ditio nem concessit: non valde fertilis est hæc Regio, sed eius sterilitas incolas laboriosos facit: viuidi spiritus sunt, nec sibi parcunt, vt se à penuria liberent incolæ. Heluorum ciuitas vulgo Albij Metropolis est regionis Heluorū: Ptolemeus incolas Elicocios vocat, & ipsorū ciuitatem Albam Augustam, & propriæ Albam Eluorum: Cæsar Heluorum meminit, & illos ab Aruernis montibus discretos dicit. Plinius etiam Albe Eluorum meminit Episco, pali sede clara est. Territorium abundat frugibus, vino, croco, & alijs magni prætij rebus.

MANDE Metropolis est Gabalatinorum. Viuarium Metropolis est Viuariatus regionis. Anicium vulgo *le Puij*, Metropolis est Regionis Velauniorum, quæ vulgo Velay dicitur,

Caseres & Rieux, Languedocie finibus continentur, quamuis vltra Garumnam, in Vasconum Regione sita sint, aliqui putant hæc oppida cum eorundem territorio olim fuisse Comitum Flussarum, qui vulgo Comites de Foix dicuntur.

27

PROVINCIA, QVÆ VVLGO

LA PROVENÇE DICITVR.



ALLIÆ pars illa, quàm Brachatam Romani vocarunt, à brachis seu caligis quibus incole utebantur, etiam Gallia Narbonensis dicta fuit, à ciuitate Narbona, quæ ipsorum erat colonia, & sedes Proconsulum & Prætorum qui ad eius gubernationem mittebantur: à Romanis quoque honoris præcipui causa, proprio & singulari nomine Prouincia Romanorū dicta fuit. plures alias regiones in ea cõtinebatur, quarum vnaquæq; Metropolim habebat, nunc id omne comprehenditur nominibus Occitanæ siue Languedociæ & Prouinciæ, attamen iurisdictionibus distinctæ sunt: supremum enim iuri dicundo Tribunal institutum est Tholosæ pro Occitana siue Languedocia, quæ & peculiari Tabula describitur: hæc exprimitur Prouincia, cuius supremus Senatus siue Parliamentum est Aquis sextijs, quàm vulgus Aix appellat, late protenditur Prouincia: sita est XLVIII gradu latitudinis, Septem Triones versus, itaq; præ alijs Galliæ regionibus aëris intemperiei subiecta est, æstus immodici causa, habet tamen quidquid in omnibus alijs Franciæ Regionibus reperiri possit: suntq; in ea regiones tam frumeto abundantes: vt eas Franciæ Parisiorum Insula: quæ vulgò *Lisle de France* dicitur nõ superet.

CIVITATES ET OPPIDA IN PROVINCIA sunt sequentia.

ARELATVM oppidum, olim regni Burgundionum caput, postea Comitum Prouinciæ sedes fuit. Strabo Arelatum vocat Emporium aut Forum publicum: Cæsar eo pro Armamentario vsus est: dictumq; fuit Colonia Sextanorum, quod eo loci Legio sexta statiuæ haberet. Phocenses Arelatum ædificarunt, in solo paludinoso, lacubusq; humido, eoq; hoc tempore pulchri præferocesq; boues aluntur. extra Oppidū loco (qui vulgò *la Roquette* dicitur) super duas columnas, erat Ara illa prægrandis execrandaq; Cæsari Augusto dicata, in qua imitari solitus est Hispanorum sacrificandi mōs, nempe vt quotannis certis temporibus duo immolarentur iuuenes, qui ad hoc sacrificium erant dedicati, sumptuq; puco egregie saginati: eorum sanguine peracta mactatione populus qui huic execrando sacrificio aderat aspergebatur. Romanos Arelatum, in prætio habuisse docent ruinae arenarum cuius Architectura & moles lapidum, talis est, tantamq; redolet antiquitatem & magnificentiam, vt nihil in Orbe, cum ijs antiquitate & maiestate conferri possit: extra oppidum videtur fossa siue canalis ex Rhodano deductus, vulgò Camargue dicitur, Latinis id est Campus Marij.


FANVM Egidij oppidum est, ad latus dicti Canalis: Comitatus titulo insignitum est.

AQVAE sextiæ dictæ sunt à Curio sexto Consule Romano: aquarum calidarum balneæ habet, & aquæ calidæ in ea vndiq; scaturiunt: Parlamenti & supremæ Curiæ sedes est.

MASSILIA ciuitas, colonia est Grecorum, à Phocensibus Asiæ populis condita, quos Pedanius eo deduxit: omnes alias Galliæ ciuitates ciuilitate, affabilitate, humanitate & scientia superat, nec minorem sibi gloriam parat, à literarum doctrina & studio, quàm doctæ illæ Athenæ: tam potens in mari fuit quàm Rhodij, & terra quam Lacedemonij: Romanis amica fuit, sed ab ijs præde exposita direptaq; est: inter Massiliam & Aquas sextias locus est, qui vulgò *la Baume* dicitur. S. Maximinum oppidum, est Antiboli antiquis dictum oppidum, nunc Antibe, eo tempore quo & Nicæa fundatum est: Colonia Massilia eo deducta fuit, situm est in maris littore, ipse situs oppidum munit, ex opposito oppidi est insula quæ olim Lerin alijs Lirins dicta fuit, in ea oppidum est Fani Honorati.

FORVM Iulij vetus est oppidum nunc corrupto vocabulo *Frejus* dicitur. Colonia est Romanorum, sed primum à Massiliensibus ædificatum fuit, in Oxobiorum territorio, qui antiqui populi Galliæ fuere, & secundum maris littora sedes habuerunt, postea eo deducta fuit Colonia, iussu Octauiani Imp: qui portum affabre exturi curauit, nomenq; Fori Iulij indidit cum antea *Paræa* diceretur, Episcopi sede claret.

Hières



DXXI

HIERES quondam Olbia, Mafsilienfium colonia & oppidum est: Infula ei vicinæ, eodem nomine quo & Oppidum (quod in continenti situm est) nuncupantur: infulæ quinque sunt numero, eas veteres dixerunt Stechades, circum eas optimum & pulcherrimum Coralium colligitur, quod non aliud in mari Ligustico præstantius reperitur, quamuis id mare fertile sit eius Plantæ, plantæ nomine appellatur, quod sub aqua herbam referat, radices ramos palmitēsq; habeat, & è mari erumpens lapidescat, solè id excoquente, suoq; æstu Coralium purificante.

TROENTIVM aut Taruntiū oppidum est vulgo, Tolon dicitur, Episcopi sede fulget.

FANVM Victoris oppidum est:

SIGESTORIVM oppidum antiquis dictū nunc Cistero dicitur, Episcopali sede clarū est:

CABELLIO oppidum est, vulgo Cauallon dicitur, Episcopali sede se effert.

PONS-sancti-spiritus oppidum est, à ponte nomen habens, quo Rhodanus stratus est, eius structura admiranda stupendaq; est.

Carpentras, Vason, Salon de Craux, S. Chama, Mattegue, Trois Maries, Oppida sunt.

TARASCONVM oppidum est, eius populi Ptolomæo Tauruscij dicuntur. **Aquæ mortuæ** oppidum est, eiq; id nomen ab aquis dormitantibus inditum fuit, situm est eo loci vbi fluius Vidourla Neptunianis aquis se miscet, & Rhodani canalis Occidentem spectans se extendit: colonia est Romanorū ab iisdem coli cepta, cum Caius Marius illic castra fixisset, vbi nunc Oppidum est: is videns refluxum Rhodani limum deuoluere, portumq; reddere inaccessibilem nauibus quæ suo exercitui necessaria subuehebant, in promptu habens suas copias ociosasq;, eas limo eijciendo operam nauare iussit, portu itaq; expurgato locū recipiendis nauibus reddidit comōdum. Locus in quo castra habebat oppidum factum est, quod posterī ab aquis dormitantibus (quæ ei vicinæ sunt) Aquas mortuas dixerunt, ante autem fossæ Marianæ dicebatur oppidum, à Mario qui canalem ad quem situm est, excavari fecerat.

COMITVM PROVINCIAE SE- *ries hæc est.*

CAROLVS Andium & Cenomanorum Comes, Regis Francorum Ludouici noni cogno-
nomento sancti frater, ducta in vxorem Beatrice Raimundi berengarij Prouinciæ Comi-
tis filia: Comitatum Prouinciæ adeptus est, postea Neapolis & Sicilia regna sibi armis pa-
ruit. occiso Mamfredo Imp. Friderici secundi filio: Carolo ordine successere, Rex Carolus
Ius & Rex Robertus ex Rege Carolo filio nepos. Ioanna (Caroli Ducis Calabriae ante Re-
gē Robertū patrem mortui) filia, auo Robero successit in Regnum Neapolitanum & Pro-
uinciæ Comitatum, adoptauitq; Ludouicum, Regis Francorum Ioannis filium, qui Ioannæ
in Prouinciæ Comitatum successit, huius autem Ludouicus filius, & deinde Ludouicus se-
cundi filius successere, quo adhuc superstite sed in Regno Neapolitano degente (quo euo-
catus fuerat à Regina Neapolitana Ioanna, eius nominis secunda, ab ea adoptatus) Prouin-
ciæ præfuit Renatus frater, Ambari & Lotharingiæ Dux, qui Ludouico fratre nullis post
se relictis liberis mortuo, Andium Ducatu & Prouinciæ Comitatu auctus est, à Regina quo-
que Ioannā secunda adoptatus: & in regnum Neapolitanum euocatus, bellum vario euctu
gessit, sed amissa Neapoli in Gallias redijt vbi & mortuus est Anno aId CCCCLXXXI,
Renato Lotharingiæ Duce ex filia Iolantha nepote superstite, cui tamen regni Neapolitani
& Comitatus Prouinciæ iura resignare noluisse, sed ea Carolo fratri suo Cenomanorum
Comiti testamento reliquisse fertur. Qui cum etiam paulo post moreretur, Ludouicum vn-
decimum Franciæ Regem omnium rerum suarum heredem instituisse scribitur, licet alij
suprema Renati voluntate Prouinciā ad Regem redijisse malint, non absque multa Renati
Lotharingici expostulatione. Satis interim constat eorum, obitu Prouinciā Franco-
rum opibus accessisse, nec ab eo tempore ad hunc vsq; diem parere illis vnquam defuisse.

28

PRINCIPATUS AVRAICENSIS, QUI VVLGO ORENSES DICITVR.



AVRAICVM Ciuitas, vulgo *Orenses*, huius Principatus Metropolis ei nomen dedit: Ptolemæus coloniam Arausiorum vocat: vestigia testimoniaq; magnæ antiquitatis in ea visuntur, inter quæ censentur, ruina pulcherrimi magnificentissimiq; Theatri, cui in toto Orbe par nõ est: & murus ex quadrato lapide admirabilis structurae & artificij. in porta per quam Lugdunum itur, Arcus est triumphalis, cui equestres pugne insculptæ sunt, quæ spectatores mirifice oblectant: Arcus cinctus est muro, qui ipsum à tempestatum, ventorum pluuiarumq; in commodis tuetur.

IOANNES Cabillonius, vulgo Challons, Ludouici Baronis Cabillonij & Margaretae natæ Delphini Viennensis filius, patris patruorum & fratris heres, nuptijs Mariæ bauffiæ filia & heredis vnicæ Reinoldi bauffij Auraici Principis, primus suæ familiae, factus est Princeps Auraicus, Maria ei peperit Ludouicum, qui patri successit.

LUDOVICVS ex Ioanna Henrici vltimi Montibelicardi Comitis filia, vxore prima genuit VVilhelmum, qui patri successit: ex Leonora Armaignaca, vxore altera procreauit Ludouicum: qui cum Carolo audace Burgundiæ Duce, contra Heluetios infeliciter præliatus occubuit, Hugonem Castriguionis & Dolæ dominũ, qui ex vxore Ludouica Sabaudia Ducenullos liberos genuit.

VVILLELMVS duxit in vxorem Catharinam, sororem Francisci Ducis Britannia, quæ ei peperit Ioannem, qui patri successit.

IOANNES ex Ioanna Caroli Ducis Borbonij filia nullos liberos edidit, ex Philiberta Charnij Comite, Antonij Luxemburgij filia vxore altera, genuit Philibertũ & Claudiam.

PHILIBERTVS Neapolis & Siciliae Prorex, Romam (Carolo Borbonia Duce, ad mœnia cesso cepit: Neapolim contra Laurechum, Regis Francorum Francisci primi supremum Ducem defendit, periit in obsidione vrbis Florentia, Anno. C. clo DXXI. ætatis suæ XXIX.

CLAVDIA omnium fortunarum fratris heres vnica, nupsit Henrico Nassauio, Dynaste Dillêberge Equiti aurei velleris, Caroli V Imp. cubiculario magno cui peperit Renatum.

RENATVS siue Reinerus obsidens Fanum Desiderij in Campania, è muris tormento ictus decessit, nullis relictis liberis ex vxore Anna, Antonij Ducis Lotharingia filia: heredem scripsit VVilhelmum, VVilhelmi senioris cognomento Diuitis, Comitis Nassauia filium patrualem.

VVILLELMVS Princeps Auraicus in vxorem duxit Annam Maximiliani egmondani Comitis Burani, Dynastæ Iselsteine, Leerdami, Sant-Martindikij filiam, quæ ei peperit Mariam & Carolum VVilhelmum, qui patri in Principatu Auraicensi successit, in secundam vxorem duxit VVilhelmus, Annam Mauricij Saxonie Ducis & Electoris filiam, quæ ei peperit Mauricium: Annam nuptam VVilhelmo Nassauio patrueli & Aemiliam Carola Ludouici Ducis Mompenserini filia quæ Abbatisa Iouarre in Gallijs fuerat, tertia VVilhelmi Principis vxor, ei peperit aliquot filias, ex Ludouica vero Casparis Castilionei Franciae Admiralij filia, vxore quarta genuit VVilhelmus Auraicus, Fridericum Henricum, qui natus est Anno clo D LXXXIII.

CAROLVS VVilhelmus Auraicus Princeps, Comes Bure Iselsteine Leerdami Sant-Martindikij dominus, Louanij (vbi literis operam dabat) à dure Albano Belgij Gubernatore captus in Hispaniam missus fuit Anno Christi clo D LXVIII.



11.00
dineo

res. etc

VENAISSINVS COMITATVS, QUI VVLGO LA COMTE de Venissij dicitur.



RIBVS fluijs alluitur hic Comitatus, Rhodano Durantia & Sorga, Romani Pontifices eum eripuerunt Comitibus Tholosanis antequam Auenio ciuitas, ipsorum ditioni cesseret.

AUENIO ciuitas Auennionum non autem Romanorum colonia, in Rhodani ripa, ab vtraque ei parte edificijs frequens est. Septem in se res habet, quarum vnaqueque septem alias continet. Septem Pallatia, Septem Parochias, Septem Xenodochia, Septem Monasteria feminarum, Septem Collegia, Septem Conuentus. Septem Portas: vndique cincta est Regni Francici finibus: ad medium pontis: qui instratus est Rhodano, incipit Prouincia Occitana quae & Languedocia dicitur: Durantia fluuius ipsius territorium à Prouincia determinat, diues est omnis generis esculentorum, pannorum colorum subtilium, & bonorum papyrorum, quae omnia ipsum ciuitatis territorium suppeditat, vnum enim Durancie brachium tinctoribus inseruit, qui pannos valde artificiose tingunt herba Isatide, & quod plus est, colore quem vulgo Cramosinum vocant, cui similem non facile in reliqua Francia inuenias, id ipsis factu facile est, suppeditat enim territorium ciuitatis minutum grani genus, quod ipsis vice praestantissima Rubrice est, quae vulgo vermillon dicitur, hac byssum tingunt, cuius ipsis magna est copia. Romanis rerum dominis subdita fuit haec ciuitas, donec Gothi illos expulissent, hos Burgundiones eiecerunt, ab eis ad Francos peruenit, quorum Rex Carolus Caluus eam Bosoni dedit qui se Regem Arelatensem vocauit. Imperator Otto sibi hoc regnum accipiens & Auenione potitus est, & adhuc in eius vicinia loca sunt, quae Cameram Imperialem nunc agnoscunt. deinde cessit haec ciuitas Comitibus Prouinciae & Carolus Regis Ludouici noni cognomento sancti frater ducta in uxorem Beatrice Raimundi Comitis Prouinciae filia eum Comitatus adeptus est, hic postea regnum Neapolitanum & Siciliae subegit, in quibus & in Prouinciae Comitatu ipsius posterum successere, inter quos fuit Ioanna prima, Caroli Calabriae Ducis (qui Rege Roberto Neapolitano natus erat & in flore aetatis extinctus est) filia, quae bellum gerens, cum Rege Hungariae affine, Pontifici Clementi sexto Auenionem vendidit XXX aureorum milibus. Auenio Ciuitas insignibus & magnificis Palatijs ornata est, inter quae est quod vulgo Brulle dicitur, in quo quendam Pontificem insignis crudelitatis facinus perpetrasse fama est. Palatium sumptuosissimum Cardinalium Villanouatum & domus Cathusianorum ditissima cui in Gallia par non est.

VALLIS clausa, vernacule Vaucluse, locus est inter Auenionem, & Aquas sextias, in eum se conferre, solitus erat Franciscus Petrarca, ut Philosophicis meditationibus vacaret, locus enim solitudinis quam studia requirunt aptus est, vallis est tam venusta, ut nemo amoeniorem oprare posset, è rupibus vallem cingentibus viuae distillant aquae, fontemque colligunt: quod vallis vndique rupibus cincta sit, vallis clausae nomen obtinuit.

LOTHARINGIA, VVLGO


LORRAINE.



LOTHARINGIA, aut à Lothario Imperatore, aut à Lothario eius filio (cui vna cum Burgundia obuenit in partem hereditariam tota Austrasia) nomen accepit. Late olim eius fines extendebantur, utpote quæ tantum terrarum complecterentur, quantum inter Rhenum Schaldimque & montem Vogelsum compræhenditur. distinguebatur in superiorè inferiorèq; sub hac Brabàtia erat, Hasbania, Gelria & Cliuia: sub illa verò Leodiensis Episcopatus, Regiones Luxenburgenfis & Limburgenfis, Palatinatus ad Suram, Hundrugenfis ditio, Mosellanus, & hic quem hæc tabula ob oculos ponit Lotharingiæ ducatus: ita ut hodie vix duodecima Lotharingiæ pars, verus nomen retineat. Hæc Regio licet altissimis montibus concluditur, externæ tamen opis haud quaquam indiget, per se fertilis enim frumenti viniq; & armètorum, in ea quoq; sunt stagna piscosa, salinæ thermeq; salubres, ferrum, æs, plumbum, stannum, argentum, quin & gemmas procreat: fluuijs maioribus minoribusq; irrigatur: inter quos fluuios, quatuor celebriores habentur, Mosæ videlicet, Mosella, Murtha & Sarrha. Primus è Vogeso ortus (Vogesia Lotharingiæ pars inde nominatur) Nouum castellum aluit, oppidum aëre & situ peramœnum, & Barrensem Ducatum à Lotharingico diuidit: alter monte Romerico promans, inter Orientem & Meridiem, Spinalum, Tullum, Chermus perfluit, mox Mediomatrici ces, ad Confluentiam in Rhenum influit. Tertius, ijs in montibus (ubi sunt argenti fodinæ) nascitur, cuius ad ripas hæc sunt oppida, primum Deodatense, cuius in territorio fons est medicatus, multis ægrotorum morbis saluber, deinde Raonum, Luneuilla loca munitissima, S. Nicolai pagus. Nanceium Lotharingicarum vrbiū caput. Quartus fluuius Sarrha VVestrasiam (quæ etiam paret Lotharingiæ Duci) intersecat, Sarrha castrum præterlabitur, & Sarrhæ Pontem, inde in Mosellam desinit: reperiuntur & in Lotharingia præter ea quæ commemorata sunt lapides, à cæruleo colore, Lazuli dicti, ex quibus incole non mediocre lucrum faciunt, & ex Calcidonijs lapillis non contemnendæ magnitudinis. Ad Vogelsum radices, fontes sunt, in quibus lucrosa gemmarum piscatio fit, quas artis lapidariæ periti, non solum comprobant, verum & Indicis & Orientalibus gemmis præferunt: equos in præter tam generosos procreat, ut neq; Neapolitanis, neq; Turcicis interdum sint impares.

NANCEIUM Lotharingiæ est Metropolis, oppidum quidem non amplum, pulchro tamen situ, est enim loco plano, forma fere quadrata ac Lotharingicorum Ducum Palatio nobile, quod Antonius Dux, magnifico ædificio ampliavit, cui dein Carolus qui nunc rerum potitur cœnaculū adiunxit, quod vel trium mensium absoluit spacio, in eo Henricum Andegauensium Ducem, in Poloniæ regnum proficiscentem, excepturus. Ad Palatium eades est diui Georgij, in qua monumentum Caroli bellatoris Burgundiæ Ducis visebatur, corporis eius reliquias, anno 1550. inde transferri curauit Maria Hungariæ & Bohemiæ Regina, Caroli quinti Augusti soror, & Brugis Flandrorum monumento sumptuosissimo conditi. Sunt & in eadem diui Georgij æde, Lotharingicorum aliquot Ducum tumuli, qui inscriptionibus carent, ut & in alijs templis, certum enim sepulturæ locum non habent: ex posterioribus tamen ad D. Francisci (quæ ad alterum est Pallatij latus) Ducum magna pars sepulta est: ibi magnificum Renati (qui Siciliæ Rex fuit) monumentum exstat, ibidem & Dux Antonius & Franciscus, Caroli qui nunc præest pater, & eiusdem Caroli vxor Claudia cõditi iacent: Ad Nancei cœnia fluit Murtha fluuius, qui tribus hinc miliaribus paulo supra Arcem Candei dictam, Mosellæ miscetur. Nicolai Fanum duobus miliaribus Nanceio distat, supra Murtham fluuium, loco plano & fertili, dificiū est nō ita vetusti operis, sed magnæ sane molis & structuræ altæ, luminosum omnino. Sed columnæ in primis, quæ totum fastigium sustentant admirandæ sunt, eius altitudinis, tum gracilitatis, ut tanto oneri vix pares iudicarentur: frequens est mercatura, & ob omnis generis opificia cõmendatur & mercatores in primis opulentos habere fertur: apud pagum VVasserbillich ubi Sura fluuius vulgo Saur Mosellæ confunditur, est alius Igel vulgo nuncupatus, in loco eminenti specta-

LOTHARINGIA V.V.L.G.O.



LOTHARINGIA Lorraine gallica

ſpectatur nobiliſſimum illud venerandæ antiquitatis monumentum, quo nec cis Alpes inſignius aliud exſtare exiſtimatur, quodq; iſtis Italis poſſit oſtentari, Moles eſt lapidea, ex quadrata baſe pedum XXII. ſenſim aſurgens ad pedum circiter LXXIV. altitudinem, tota ab omni parte varijs imaginibus ſemiplanis inſcalpta, in faſtigio aquilæ reſtat fragmentũ, globo inſidentis, cui expanſæ alæ & ante pectus velum fuiſſe apparet.

PRINCIPVM LOTHARINGIAE

ſeries hæc eſt.

GODEFRIDVS Bullionæus Euſtathij Bolonię Comititis filius, poſt auunculi ſui Godefridi ſtrumofi Ducis Lotharingiæ obitum, Principatum Lotharingiæ quo fuerant eius maiores extruſi, recepit, deinde Solymorum Rex fuit. Balduinus Godefrido fratri tam in Solymorum Regno, quam Lotharingiæ Principatu ſubrogatus fuit. Guilielmus Balduino fratri in Lotharingiæ Principatu ſucceſſit. Theodoricus cognomento violentus, patri VVilhelmo ſucceſſit, Metlach cænobium condidit, vbi ipſe Monachus factus eſt. Simon crallus, vir fortis & bellicoſus, poſt patrem Theodoricum præfuit Lotharingiæ. Matheus vir religioſus & iuſticiæ cultor eximius, patri Simoni ſucceſſit. Simon eius nominis II. poſt patrem Matheum Dux fuit. Fridericus opulentus, fratri Simoni ſucceſſit. Theobaldus pulcher, poſt patrem Fridericum Ducatui præfuit. Matheus Theobaldi frater reſignata Episcopatu Tullenſi, Ducatum gubernauit. Henricus patri Matheo ſucceſſit. Fridericus cognomento caluus, poſt fratrem Henricum in Ducatum ſucceſſus fuit. Theodoricus cognomento liberalis, poſt Fridericum ſecundum Dux fuit. Fridericus tertius cognomento Athletes, patri Theodorico ſecundo ſucceſſit. Rudolphus ſiue Rathulffus, poſt Fridericum III. Ducatui præfuit. Ioannes Rudolpho patri ſucceſſit. Carolus cognomento audax, Ioanni patri ſucceſſit. Iſabella Caroli Audacis filia, tribus fratribus mortuis patri ſucceſſit, nupſit Renato Andegauenſium Calabriæ & Barri Duci, Comiti Prouinciæ & Guiſiæ, quem Ducatu Lotharingiæ locupletauit, excluſis ſucceſſione masculis Comitibus Vaudimontanis, è collateralis eiufdem familiæ Bullionæa linea propagatis. Ioannes Renati filius, Lotharingiæ Calabriæ Barriq; titulos adhuc viuente patre geſſit. Fridericus Comes Vaudimontius, filius Antonij, qui Friderico Caroli Audacis Lotharingiæ Ducis fratre natus erat, ducta Iola ſiue Iolantha Renati filia Ducatum Lotharingiæ obtinuit.

Renatus Friderico patri ſucceſſit, à Carlo Burgundiæ Duce qui bellator dictus fuit, Ducatu expulſus, cum auxilio Heluetiorum recuperauit, caſo Carolo Burgundo ad Nanceiam Anno 1477. Renatus repudiata priore vxore Taucaruiſſi Comitis filia ſterili, duxit Philippam Adolphi Egmondani Ducis Gelriæ filiam, quæ ei peperit Antonium qui patri ſucceſſit, Claudium Ducem Guiſiæ, progenitorem Ducum Guiſiæ, & Aumaliæ: Ioannem Cardinalem, Ludouicum & Franciſcum, & aliquot filias. Antonius Renati filius, Calabriæ Lotharingiæ, Barri Dux, Pontimonſoni Marchio, Prouinciæ, Vaudimontis & Aſpermontis Comes, duxit in vxorem Renatam Gilberti Mompenerij Ducis filiam, quæ ei peperit Franciſcum, qui patri ſucceſſit, Annam quæ nupſit Renato Cabillonio Principi Auroico, Nicolaum qui reſignato Episcopatu Metenſi, factus eſt Dux Mercurij, Marchio Nomeni & Vaudimontis Comes. Franciſcus patri Antonio ſucceſſit, duxit in vxorem Chriſtinam Danicam, Chriſtierni Regis exulis filiam, viduam Franciſci Ducis Mediolanenſis quæ ei peperit Iohannem, Eliſabetam, Antonium, in cunis extinctos, Carolum qui patri ſucceſſit, Renatam vxorem, VVilhelmi Ducis Bauariæ & Dorotheam nuptam Erico Brunſuigiæ Duci.

CAROLVS Franciſco patri ſucceſſit, titulumq; gerit Calabriæ, Lotharingiæ, Barri, Gelriæ Ducis, Pontimonſonij Marchionis, Prouinciæ, Vaudimontis, Albimontis, Aſpermontis, Zutphanæ, & Bitorum Comititis, habuit in vxorem Claudiam Regis Francorum Henrici ſecundi filiam, quæ ei peperit Henricum Pontimonſoni Marchionem, Carolum Cardinalem, Episcopum Mediomatricum, Canonicum Colonienſem, Catharinam quæ elocata eſt Ferdinando magno Florentiæ Duci, Eliſabetham, Annam, Antoniam & Chriſtinam.


VVESTRASIA SIVE VVE³⁰ STRICHIA, QVAE VVLGO Westrich dicitur.



VERRA quam vulgo *Westrich* vocant ampla est Galliam ver-
sus, praesuntq; ei multi Comites & Principes, nempe Dux Bi-
pontinus, Comites Biducēses Vulgo *Bitsch*, Dux Lotharingae
Comites Nassauiae inhabitantes *Sarbrugkam*, Comites *Leinin-*
genses, Archiepiscopi *Moguntinensis* & *Treurenensis*: soli est
feracis & incolis accommoda, frumenti diues est vini nō inops:
pecora & stagna in ea minime rara sunt, quorum (stagnorum)
quaedam ad vnum aut duo miliaria protenduntur, eorum pis-
catio aliquot aureorum millibus estimatur. Nobiles qui re-
gioni praesunt, non habent maiores proventus, quam qui ex
piscinis & viuarijs ab ipsis colliguntur: non sane sine magna
Dei opt. mox prouidentia contingit, vt singulis prouincijs largitus sit, vnde ali incole pos-
sint. Lapidēs quosdam insignes, praesertim rubricam fabrilē copiose suppeditat haec re-
gio: inuenitur etiam apud oppidum cui diuo *VVendelino* nomen est, alius lapillus qui *Cal-*
cedonius vulgo *Katzedonius* dicitur, hic *Friburgum* *Brisgoie* delatus, defecatur expoli-
turq;. Apud *S. Quirini* (vulgo *Sanct Kurij*) pagum, optima specula parantur, & alia vitri
genera: in *Thus* oppido salis est fodina: prope *Ladspergum* argentum viuum foditur. Haec
tabula ob oculos ponit eam *VVestrasie* partem quae ab inferiori *Alsatia* *Magonciacum* vsq;
ducitur. **SPIRA**, recens vetustae ciuitatis est nomen: *Rudigerus* enim *Episcopus*, ex cla-
ra *Spirensi* familia natus, cum urbem adauxisset, & pagum (*Spira*) tunc extra muros ad eius-
dem nominis fluiuolum situm moenibus inclusisset, urbem iam ampliatam turribus magni-
ficam, ac fossis egregiae munitam *Spire* nomine insigniuit Anno 1083. vnde *Nemetum* no-
mē paulatim exoleuit & nouū *Spire* receptum est. *Episcopatu* in Imperio celebri claret. ab
Imp. *Conrado* secundo *Francorum* Duce, tanta munificentia aucta & illustrata est, vt se-
cundus *Nemetum* fundator dici meruerit: nam praeter insignem illam *Basilicam* *Spiresem*
quae in hodiernam vsq; diem conspicua est, & multorum Imp. & Imperatricum augustissi-
ma *Mausolea* habet, est praclarum *S. Ioannis* in editiori vrbis loco templum: foris verò
agro *Nemetum* est coenobium ex arce sua *Limburga* extructum in qua nuper *Conradum*
filiolū, ex praecipitio quodam decidentem amiserat. Intra urbē *Spirā* summum *Germaniae*
tribunal est, & ob id egregius *Advocatorum* ordo eam inhabitat. *Spirensium* ager optimo
vino rubro (quod *Anserum* pedes vocant) frumento & *Amygdalis* nobilitatur: memorabi-
lem hanc urbem reddit incomparabile *Oliueti* fanum, in ambitu maioris *Basilicę* constru-
ctum. **VVORMATIA** vetustissima *Vangionum* ciuitas, à *Treurenensibus* originem sumit,
qua ex re eis annum tributū pendit: Romanis ad *Attilam* vsq; subdita fuit, qui eam cū mul-
tis alijs *Rheni* vrbibus euertit: deinde à *Galliarum* Rege *Clodoueo* instaurari cepta, à *Bru-*
nehilde Regina venuste illustrata fuit, *Galliarq;* Regum sedes effecta, qui Arcem regiam
ibidem extruxerunt ea forte parte, qua nunc *VVormaciensis* Curia conspicitur, quod *Ca-*
roli Magni tempore: edax flamma in fauillam redegit: erat tunc *VVormatia* *Archiepisco-*
patus, anno verò domini 729. *Maguntiam* translatus fuit: ita tamen, vt *Episcopatus* hic man-
serit: antiquitate cū reliquis *Germaniae* ciuitatibus certare potest *VVormacia*.

MAGONCIACVM paulo remotius à *Rheno* fuit, quod ruinae quaedam adhuc in agro
Maguntino ostendunt vbi hodie vrbis est (quae vulgo *Mentz* dicitur) olim *Romanorum* mu-
nimenta aduersus *Alemannos* ad ipsam *Rheni* ripam fuere. Quis primum eam condi-
derit (quum inter vetustissimas sit) ignoratur: sita est loco amœno, vbi *Moenus* fluuius (quē
alij *Moganum* vocant) ex *Franconia* descendens, *Rheno* miscetur: agrum ab vtraque *Rheni*
ripa satis foecundum experitur, nec est vlla ciuitas, in omni *Rheni* tractu, vbi plura quam
Maguntiae vetustatis monumenta reperiantur. *Drusus* *Augusti* *Caesaris* priuignus, qui *Ger-*
maniam tam obstinato animo bello petiuit, in hac vrbe in perpetuam memoriā collossum
lapideum reliquit, qui in hunc vsq; diem, in colle quodam constitutus, à forma glandis quā
exprimit, germanice *Eichelstein* vocatur. *Rhenus* olim hic ponte stratus fuit, qui tribus ho-

WESTR ASIA SIVE VVR-
STRICHTA QVAE VILGO
Scripsit dicitur



Palatinalubauaria
pfaltz. am Rhein

am An

am An

WESTR ASIA SIVE VVR-
STRICHTA QVAE VILGO
Scripsit dicitur

WESTR ASIA SIVE VVR-
STRICHTA QVAE VILGO
Scripsit dicitur

ris fortuito incendio conflagrauit, eius longitudo erat 500. passuum. An C. 410. Carocus VVandalorum Rex, infami barbaroq; suæ matris consilio obsequens, nomen suum æternitati consecrare conans, funditus euertit multa magnifica ædificia, quæ alij Reges & Principes edificarant: multosq; interfecit, quos illi viuere permiserant: inter ciuitates, quas destruxit fuere Maguntiacum VVormatia, Spira, Treuironum ciuitas, & Mediomatricû vrbs, in Gallijs postea captus, magno ludibrio diuturnoq; cruciatus ductus fuit per vrbes quas destruxerat, promeritas pœnas luens. An. 1462. contendentibus de Archiepiscopatu Moguntinensi Adolpho Comite Nassauio, & Theodorico Henbergio, mirabili stratagemate per mille pedites qui straminibus & foenis interpositi in vrbem inuecti fuerant, occupata fuit Maguntia, traditaq; Adolpho, qui omnes ciues expulit, Arcem satis elegatam ad Rhenum construxit, quæ esset ceu frenum quo vrbs in officio contineri posset: erexit quoq; Academiam eiq; reditus pro necessitate docentium largitus est. GEMINVS pons, siue Bipontium, vulgo *Zweibrûck* à multis annis Comitatus fuit, subiectusq; est illi Comitatus Bisdicensis, titulus Comitis Bisdicensis fuit Simon VVecker Comes Gemini pontis, & dominus Bidisci, itaq; postquam dominium Bidiscense, & Comitatus Gemini pôtis in vnum coaluerunt, eius Comites eum vendiderunt, Ruperto Principi Palatino Regi scilicet Romanoꝝ aut patri eius, qui etiam Rupertus fuit appellatus.

PRINCIPVM BIPONTINORVM
series hæc est.

STEPHANVS Ruperti Imp. filius natus minimus, Palatinus Rheni Dux Bauariæ, dote vxoris Anæ filie Friderici ultimi Comitis Veldetij & Spâheimij auctus est Comitatus Veldentiz, & Spâheimiæ, Anæ ei peperit Fridericû, qui Simeresem & Spâheimesem stirpẽ condidit, Ludouicum Nigrum, qui familiam Bipontinam & Veldensiam produxit, Ioannem Archiepiscopum Magdeburgensem: Rupertum Episcopum Argentinensem, electum contra Contra Conrardum Bultinge dominum, qui Ruperto celsit: Stephanum Canonicum Coloniensem.

LVDOVICVS cognomento niger, in diuisione cum fratre obtinuit Comitatum Bipontinû & Veldentium, ex Ioanna Crouiaca, Comitissa Porciæ genuit Alexandrum stemmatis propagatorem, Casparum, Albertum, Ioannem, Philippum, Elisabetham, Margaretam.

ALEXANDER Palatinus Rheni, Dux Bauariæ Comes Veldentius & Bipontinus Princeps pacis & pietatis amans, duxit in vxorem Margaretam Cratonis Comitis Hohenloensis filiam, quæ ei peperit Ludouicum propagatorem Principum Palatinorum Neoburgicorû, Rupertum propagatorem Palatinorum Lutzelsteiniorum, & Georgium Canonicum Argentinensem.

LVDOVICVS Princeps Marte togaq; insignis obiit, Anno Christi 1533. vxor Elisabetha Guillelmi senioris Hassiæ Langrauij filia, ei peperit VVolfgagû, qui patri successit.

VVOLFANGVS duxit in vxorem Annâ Phillppi Langrauij Hassiæ filiam: anno 1591. defunctam & sepultam Menienhemij duas scholas condidit VVolfgangus, Hombachanam in Ducatu Bipontino & Lauinganam in Palatinatu superiore, mortuus in Gallijs Anno C. 1569. sed cadauer in Germaniam translatum & Meisenhemij sepulchro auito illatum est: genuit ex Anna vxore tredecim liberos, videlicet Annam: Philippum Ludouicum cui nupsit Anæ, Guillelmi Iuliz Cliuiz & Bergæ Ducis, filia: Ioannẽ qui in Ducatû Bipontinû obtinuit Agnetem: Dorotheam: Annam: Elisabetham puellas defunctas: Othonem Henricum, cui nupta est Dorothea Maria Christophori Ducis VVirtenbergici filia: Fridericum maritum Sophiæ Dorotheæ, Henrici Ducis Lignicij & Bregani filia, quæ ei gemellos peperit Anno C. 1591. Barbarâ nuptam Gotefrido Comiti Oetingensi: Carolum qui aulæ sedem habet in Arce Birckenfelsa in Comitatu Spanheimensi, qui duxit in vxorem Dorotheam Guillelmi Ducis Luneburgensis filiam: Mariam vxorem Emiconis Comitis Leiningij, cui enixa est filium Philippum Casimirum: Susannam etate tenella mortuam.

IOANNES Princeps Palatinus & Bipontinus in vxorem duxit Anno Christi 1579. Magdalenam Guillelmi Ducis Iuliz Cliuiz & Bergæ filiam.

31

ALSATIA INFERIOR, VVL- GO Nider Elſaß.



AUSTRIAM cuius pars Alſatia olim fuit. Gaguinus hiftoricus Gallicus (licet cōfuſe) tradit à Dagoberto Francorum Rege traditam eſſe Sigeberto filio, eamq; ab extrema Burgundia ad Alpes & mare Friſonum ad Rheni & Scaldis fluenta vſque porrectā fuiſſe, comprehēdiſſeq; Traiectum, Agrippinam Coloniā, Treuitorum Ciuitatem, Maguntiam, Brabantiam, Gelliam, Cliuiam, Hollandiam & Zelandiam, Hannoniam, Haſbaniā, Leodium, Limburgum, Alſatiam, Comitum Palatini quæ circa Rhenum ſunt loca, ſilvam Ardennam, Barrium quod in Ducatus poſtea euectum eſt dignitatem, cum ea portione (inquit) quæ Lotharingia hodie appellatur, & ad Moſellam flumen inchoat, multis oppidulis & vicis frequens eſt: eam Gallia Belgice latā extenſam Regionem priſci Orientalem Franciā, alteram cui Carolus Caluus imperitabat, quod ad Occiduum ſolem procurreret Occidentalem dixerunt. Et Auſtraſia quidem ijs finibus circumſcripta in partem Lotharij Imp. Ludouici Pij Imp. filij veniens, Lotharingiæ nomen eſt adēpta: poſt mortem Lotharij (qui Lothario Imp. natus erat) Carolus Caluus Imp. & Francorum Rex in Auſtraſiæ Regem vnctus fuit. poſtea vero Ludouico Germaniæ Regi, Franciæ Proceres eam Auſtraſiæ partem dederunt, quæ Carolo Caluo, ex Lotharij hereditate obuenerat, ea tamen conditione, vt Franciam liberam dimitteret, quam conditionem Rex Ludouicus accepit. ſed tempore Imp. Othonis primi, Ludouicus Francorū Rex, Regis Caroli (qui ſimplex dicitur) filius, Lotharingiam quam pater amiſerat recuperare cōnabatur, at Imperator Otho eum Alſatia expulit, Briſacum munitiſſimam Arcem expugnauit, Lotharingiamq; in ſuam ditionem redegit, quam Chonrado Sueuorum Duci in dotem Luitgardis filia dedit. Otto autem Imperator eius nominis ſecundus Othonis primi filius, Lotharingiam Othoni (Regis Francorum Lotharij fratri) dedit, ſed anguſtioribus finibus circumſcriptam, nam eius haud mediocriſ pars Agrippinenſi & Leodiēſi Eccleſiæ, attributa erat, noui quoq; Ducatus Comitatusq; inſtituti, velut membra à corpore diuulſa, & Antuerpia Marchiontus ſacri Imperij à Germanis appellari cepit. Tempore Imperatoris Othonis primi Comites Kiburgēſes qui ſanguine eidem Imp. iuncti erāt, rerum in Alſatia potiti ſunt, eos quidam Landgrauios Alſatiæ inſtitutos putant, alij verò dicunt ab Imperatore Othone tertio, Alſatiam primum in Landgrauiatuſ duos euectam. Superioris Alſatiæ Landgrauiatuſ, in quo oppidum Einſheim & circumiacentia quæque loca, ad Comites Hapsburgēſes peruenit: Henrico tandem inferioris Alſatiæ Landgrauio abſq; prole decedente año Chriſti 1298. Epicoſopus Argentinenſis, Comitibus Oetingenſibus, qui aliquid iuris in ea habere contendebant, certam pecuniæ ſummam numerauit, vendicauitque ſibi inferioris Alſatiæ Landgrauiatuſ, quem in hunc vſq; diem Argentinenſes Epicoſopi poſſident.

ARGENTORATVM nunc Argentina, vulgo **Strasburg** veruſtiſſima & opibus illuſtris ciuitas eſt, prope Rhenum ſita, vna cum Treuitorum ciuitate Abrahæ temporibus conſtructa narratur, primo Treuirenſibus paruit, eam poſtea Cæſar cum tota Gallia & Heluetia Romanis ſubiecit, demum Romano Imperio adnexa fuit, interq; eius liberæ Ciuitates primas obtinet: omnes Rhenanas Ciuitates diuitijs ſuperat, excellitq; incredibili vini & frumenti copia, in optimo enim fundo ſita eſt: inueniuntur in ea aliquot centeni hortulani qui ex rapis, cepis, raphanis, napis, caulibus, papauere, alijsq; hortorum fructibus magnum queſtum faciunt, ea enim omnia ibi feliciffime & tanta abundantia proueniunt, vt nullus in Germania locus, ei comparari poſſe videatur: multi ad eam amnes delabuntur, inde Rhe no ſe condunt. Ex Martiana ſilua deſluit Kintzingus fluuius, quo magno trabium (ædificijs aptarū) vis aduehitur. Ex Sūggoia fluit Illa fluuius, Ab Occidente Brūſſchius, qui ciuitatē in duas inequales tamē partes diſtinguit. In ea eſt ingēs & nobile illud opus, cui ſimile. nec in Germania, Italia nec Gallia inuenitur: nēpe ſumptuoſiſſima illa Turris quæ A. Chriſti 1277. inchoata eſt, atq; annis 28. fere ad faſtigiū euecta: ea ab ipſis fundamentis ad ſupremum culmen vſq; quadris & pulchre figuratis lapidibus extructa eſt, vndique aeri & vento per-
uia, in



epsr

etiam

uia, in eam quatuor cochleis ascenditur, vbi verò acumari incipit, ibi octo confurgunt cochleæ. Supremus nodus, qui inferius vix modij magnitudinis esse videtur, tantus tamen est, vt quinque aut sex personatos homines capiat, pedes geometricos 574. alta est Turris.

TABERNAE (vulgo Zaberén dicitur) munimentum Romanòrum, in cursu Almannorù in Gallias obiectum, fuit: Episcoporù Argentinensiu domicilium & Curia est, ab Alemanni dirutum, per Iulianum apostatà restitutum fuisse, scribit Ammianus Marcellinus. Sunt qui Tabernas à Cæsare extructas volunt, eumq; 52. turres mœnibus intersepisse, interq; duas Turres septē pīnas erexisse, vt numerus Turriū & pinnarum anno in 52. septimanas & 365 dies à se distributo corresponderet. Anno Christi 1525. in hoc oppido & extra eius muros, occisa fuere à Duce Lotharingæ Antonio, trium horarum spacio, aliquot seditiosorum rusticorum millia & post quatrimum, idem Princeps iuxta **Scherwiler** vicum, qui medio miliarium Selestadio distat, alia rusticorum aliquot millia occidit. Germania eo anno horribiliter exagitata fuit seditione rusticorum, qui in suos dominos insurrexerant, & sub pretextu Euangelij multa nefanda perpetrabant: à censibus, decimis & vectigalibus imunes esse volebant, articulos de libertate Christiana conscripserant, inter quos potissimus erat tributa magistratui pendenda non esse: hac spe multi arma ceperant aduersus legitimos Magistratus, Sacerdotes & Monachos, quorum coenobia diruebant, Arcesq; nobilium virorum demoliebantur, multaq; oppida ceperant. Hoc malum in nigra silua initium sumisit, breuique serpsit in Brisgoiam, Alsatiā, Marchiam Badensem, Palatinatum, Sueuiam, VVirtembergensem Ducatum, Franconiam, Thuringiam, &c. Nemo Princeps nobilis, Episcopus, Sacerdos, Monach⁹ nec vestalis virgo, ab iniuria illorū tut⁹ esse poterat, tadē eorū furorē repressit foedus Sueuicum, & aliqui Principes, qui se illi iunxerant, ita vt intra menses fere tres, supra centum rusticorum millia, non aliter atq; pecora cæsa fuerint.

HAGENOIA vrbs anno Christi 1164. ab Imperatore Friderico Barbarossa muro cincta fuit, cum antea Vicus esset Arci coniunctus, in qua Principes diuersabantur incumbentes venationi: solum circa oppidum arenosum est, sed eius sterilitatem compensat, ager fertilis longius à vrbe dissitus.

HASLA oppidum est ad Bruffchum fluuium, id Francorum Rex Dagobertus (cuius filie Rathildæ cecæ & surdæ Florentius Scotus suis præcibus sanitatem obtinuerat) Florentio dono dedit, cum agris circumiacentibus, quo loci Florentius monasterium extruxit.

MAVRI Monasterium oppidulum est, cum monasterio quod extrui curauit Maurus Abbas.

ALSATIA SUPERIOR, ³²

VVLGO Elſaß.




ALSATIAE nomen antiquum non est, siquidem Tribochi & Triboces incole olim dicti fuere, aliqui volunt Alſatię nomen ab Illa fluuio A. in I. mutata litera originem duxiſſe, quapropter exiſtimant nonnulli hanc regionem Illeſas non autem Alſas dictam fuiſſe: alij rurſum Illam fluuium Alſatiam nuncupatum fuiſſe contendunt. Liber militarium ludorum Alſatiam Edelſas, quaſi nobilem aut nobilium ſedem vocat. Diuiditur Alſatia in ſuperiorem & inferiorem: hæc tabula ſuperiorem ob oculos ponit, quæ Sunſgoiam contingit ad meridiem, ad Orientalem eius partem Rhenus eſt, ad Occidentem Vogefus mons, qui Germaniam à Lotharingia diſtinguit: extenditur autem Alſatia ad ciuitatem VVeiffenburgum uſq; ubi fines inferioris Alſatię ſunt. Latitudo Alſatię à Rheno ad montes uſq; eſt trium miliarium Germanicorum, ſed apud Haganoam ciuitatem planities latior eſt, motibus ſcilicet latius à Rheno alueo remotis. Euomit Vogefus mons plurimos amnes, qui per planiciem deuoluti Rhenum petunt. Fluuius Orlunz vulgo Tholder, è valle Maſmunſteriana erumpit: Lancha è faucibus Murbaci & Gewileri: Fehta ex interioribus opidi Turckheimij: Bruſchius ex conualle Schirmecka, mœnia opidi Molsheim alluit, urbemq; Argentinenſem interſecat: Sorn à Taberna curſum inchoat: Mater à ~~Neuwiler~~ fluit Haganoam verſus: Sur Foreſtam interlabitur, ab eo Surburgum monaſterium vetuſtate clarum, nomen habet: Lauterus in VVaſgoienſibus montibus longe retro VVeiffenburgum originem ſumit: præcipuus tamen Alſatię fluuius Illa eſt, qui fere totam Alſatiam percurrit: originem habet in Sunſgoia ſupra **Alſkirch** oppidum, fluitq; ad oppida Mulhauſen, Einſheim, Colmariam, Seletſtadium, Binfeldam, & ſine vllis anfractibus Argentinam petit, inde in Rhenum delabitur, antea tamen receptis omnibus riuulis qui ex Vogefo monte proſanant. Quam fertilis hæc regio ſit, hinc animaduerti poteſt, quod in hoc tam anguſto terræ tractu ſingulis annis tanta gignitur vini & frumenti copia vt nedum cultores (quorum ingens eſt numerus) hinc neceſſarium victum habeant, verum etiam exteris & vicinis abunde ſuppeditet. Vinum nobiliſſimum inde curribus, nonnunquam etiam nauibus in Heluetiam, Sueuiam, Bauariam, Lotharingiam, & inferiorem Germaniam, & aliquando in Angliam euehitur. Totæ Alſatię planities Argentinam uſq; frumeti feraciſſima eſt: inde Lotharingiæ montium incole, Burgundi & bona Heluetię pars alimenta petunt. In Alſatię montibus collibusq; optimum vinum decoquitur, ager frumentum & arborum fructus producit, in montibus ſilux caſtanearum ſunt, iſq; montes fodinis argenti, cupri & plumbi turgent, præſertim in valle Leberthala: iſdem in montibus & eorum vallibus nobiliſſima paſcua reperiuntur, cuius fidem faciunt catei pinguedine inſignes, qui in Muſterthal conficiuntur: vt paucis res complectatur, nulla in Germania regio eſt, quæ vbertate ſoli Alſatię comparari poſſit, tamenſi enim nonnullę Germaniæ Prouinciæ non ignobile vinum producant, nihilominus frumenti copia & arborum fructuum vbertate Alſatię cedunt. Mirum videri poſſet, nullum in Alſatia locum, vel ad montes ſitum, vacuum ſed omnia hominibus habitata & culta eſſe. Ad Rhenum paludes ſunt, & iuxta eas optima paſcendis pecoribus prata. In hac non lata regione 46. vrbes & oppidula muris cincta, & 50. Arces in montibus & planitię ſunt: vicorum non eſt numerus: plebei adeo ventri ſeruiunt, vt omnia bona ſingulis annis abliguriant, nec in futurum quicquam ſeruent, quo ſit, vt belli tempore, vel cum frigus aut pruina terræ fructus vaſtauit, magna penuria premantur, & ex publicis horreis pauperes iuuari neceſſe ſit. non multos indegenas habet Alſatia, ſed maior pars aduenæ ſunt, nempe Sueui, Bauari, Sabaudi & Lotharingi, qui cum ſemel regionem ingreſſi ſunt. ſoli fertilitate capti, non facile ex ea migrant, maxime in ea nidificant Sueui, omnesq; paſſim recipiuntur, qui terræ colendæ colonis ad eſſe volunt. Circa Keiſersbergum quod Cęſaris motem ſignificat, ſolū ſummę fertile eſt, vnde & Alſatię cor eſſe perhibetur: ſuntq; ibi tria oppida muris cincta, inuicem tam vicina, vt vna ab alia non longius Bombarde iactu diſtet, eorum nomina ſunt Keiſersbergum, Ammersweilera & Kinsheima. Vinum hic in vaſis

in vasis capacibus adpositis circum prunis decoquitur, aut ipsa vasa musto plena in ipsis acini unde vinum expressum est, conduntur, quousque vini digestiva vis perierit, itaque vinum per totam hyemem dulce permanet, & in alia loca delatum in delitijs habetur: alij vasis paruis vasis integras imponunt, mustumque parum decoctum affundunt, id saporem racemorum attrahit dulceque permanet per totam hyemem, hoc praesertim fit ex vuis quas vulgo Muscatellas vocant. Landtgraviatus titulo clara est Alsatia tam superior quam inferior. EINSHEIM oppidum Metropolis est superioris Alsatiae: sedes summi Tribunalis Parlamenti regionum Sungoiae, Brisgoiae & quatuor oppidorum ad Rhenum supra Basileam, quae Archiducibus Austriae parent: in ditionem Alberti Comitis Hapsburgensis (qui Regis Rudolphi pater fuit, Anno C. 1200) peruenit. MURBACHYM monasterium est ordinis S. Benedicti inter quatuor Imperij Romani coenobia censetur, eius Abbates inter Imperij Principes locum habent, fundatum est a Comite Eberhardo, tempore Regis Francorum Theodorici circiter annum a Christo nato 724. RUBEACQVVM, vulgo Rufach, antiquissimum Alsatiae oppidum est, nomen ei impositum ferunt a fluvio, qui in valle non procul a Sultzmat oritur, ac rubro alueo per agros & vineas fluens, ad multas commoditates in urbem excipitur, incole eum Ombach vocant, is ab aqua ex alvei colore rubra apparente Rotbach olim dictus fuit & oppido nomen dedit, quod etiamnum latino nomine Rubeaquum quasi rubrae aquae oppidum dicitur: magnificis primum aedificijs ac duplici suburbio extractum, Romanae nobilitatis diu hospitium ab eisque, ob soli fertilitatem omniumque rerum humano vsui necessariorum copiam ad annos fere 500. inhabitatum fuit, legibusque optimis in primis contra fures ornatum, quas tam seuerè executioni mandarunt, vt ad nostrum vsque tempus, per Germaniam tritum sit prouerbiu, *Der alt galgen zu Rufach/hat gutt Eichenholz/* quod latinis verbis reddi posset, Rubeaquense vetus patibulum ex firmo ligno quercino factum est. COLMARIA Imperiale & elegans oppidum, extractum putatur post excidium Argentariae (hodie Comitatus Horburgensis est) optimo loco situm, in fertili planicie, a montibus itinere vnus horae semotum: vndique vini & frumenti copiam habet, maxime autem eius solum frumento, cepis aliisque hortensibus fructibus praestat. In Alsatia medullio est, alluiturque multis accurrentium amnium riuulis, praesertim amne Loacho, Duro, Fecho, Illa & alijs minus celebribus, eorum aliqui per predia Colmariae fluentia, fundum fecundiorum reddunt. SELESTADIUM oppidum & Colmaria anno Christi 1216. vel sub id tempus, sub Friderico Imperatore eius nominis secundo, muris cingi cepit, antea vero nempe anno 1044. regnante Henrico quarto, Hildegardis Dux Sueuiae mulier, hoc loci templum, iuxta templi Hierosolymitani formam construxerat, quod paulo post Otto eius filius Episcopus Argentinenfis diuinae Fidei virgini dedicauit: firmissimo loco situm est Selestadium, ab vno latere, Rhenum versus, paludes sunt impermeabiles, ab opposito vero latere nempe quo Occidens est, vsque ad Locharingiae montes, solum multa de fecunditate luxuriat, & castaneae in montibus colliguntur, maxima autem frumenti vis in planicie metitur. Nobilium magna in Alsatia multitudo est, ij oppida & Arces ad montium pedes habent, nempe Comes a Sultz: Comes ad Egisheim cuius successio iam diu interrupta est: domini a Rapoltstein, quibus Rapoltzwyll, Gerner, Cellenburg oppidum & Arx parent: nobiles ab Hattstatt, a Polwiler, ab Andelow, a Landspurg, ab Vtenheim & alij multi. Comites VVirttembergenses ditionem amoenam in hac regione possident, nempe Comitatum Horburgensem, cui subditum est Reichwyerum oppidum, vbi optimum Alsatiae vinum prouenit. Comites Lupfenses dominiolum habent, nempe Vagerischein, Ammerfwyl, Kinsheim & quaedam alia loca: residuum regionis vel Episcopi Argentinenfes, vel Archiduces Austriae possident, praeter Imperiales ciuitates, nimirum Colmariam, Selestadium, Argentinam Turckheimum, Keiferspergum, Hagenoiam, Munster in valle Gregoriana, Rosheimum superiorem Ebenheimum, quae vulgo Nehen appellatur, in quibus princeps Palatinus Aduocatum Imperialem (vt vulgus nominat) habet: Fani Hippolyti oppidum Ducem Locharingiae dominum agnoscit. Fani sanctae Crucis oppidum Austriae Archiducibus parent.

GEBSWILER oppidum, in montium faucibus situm, A. C. 1124. initium habuit, abudat vitibus. Abbatum Murbacensi parent, qui eo loci plurimum degit: est & aliud oppidum VVatwil nomine, extra fauces iuxta montes situm, quod eundem Abbatem in dominum agnoscit. LUTENBACHYM medio miliari Murbacho distat, collegium est, olim Benedictinum monasterium, quod quidam Comes Lentzburgerensis fundauit, sicut & monasterium Ergoiese circa an. C. 998. Murbacense monasterium fundatum est A. C. 1090. a Burckhardo a Gebswiler & Mangoldo a Lutembach.

SVNGGOIA, VVLGO 33

Sungow.



VNGGOIAE regio TrāsIurenſi Regno ſubdita fuit, quod à Iura monte, ad Alpes vſq; excurrebat, vbi quondam Heluetij Rauraci & Allobrogum pars, hodiæ verò Sabaudia Ducatus ac Vchtlandia, Briſgoia, Sunggoia, Cremerlandia & Tigurenſis Præfectura ſeu Heluetiorum hodiernorum pagi ſunt. De regno Iurenſi quod Rodolphus vltimus eius Rex, Chonrado Imp. & eius filio Hérico dedit, dictū eſt in tabula Nuitlandiæ, quo modoei (Burgundiæ minoris nomine indito) ad Bertholdū Zeringeſem Ducē peruenerit & ad quos tadē deuenit, dictum eſt in tabula Argouia, quare hæc hoc loco repetere opere præcium non eſt. Sunggoia Heluetiæ contermina eſt, ab ortu Rhenum, ab Occaſu extrema Gallia, à Septentrione Alſatiam attingit: habet multis in locis vineas, & ybiq; frumenti copiam, ea circumquaq; in omnes adiacentes regiones euehitur, ſcilicet in Heluetiam, nigram ſilvam, Lotharingiam, quin & tempore famis Curia & Inſubria hinc panem petunt: complectitur Sunggoia Comitatum Pſirtenſem, cuius vltimus Comes Vlricus, mortuus eſt Baſilæ anno Chriſti 1324. relictiſ duabus filiabus, quarum vnā Ioannam nomine, duxit in vxorem Albertus Auſtriæ Dux, deditq; Vrſelę Ioannæ vxoris ſorori, in hereditatis ſuæ portionem, octo marcarum argenti milia. Ad Comitatum Pſirtenſem pertinent *Aufſch/ Dattenriet/ Befort/ Roſenfelz Maßmunſter/ Thann/ Senbeyn/* quæ hodiæ ab Auſtriæ Principibus, in Præfecturas diſtributa ſunt: Beforti eſt collegiata Eccleſia quā Comites Pſirtēſes cum Veldpacho monaſterio virginum (vbi tredecim Comites & Comitiffę Pſirtenſes conditi ſunt) fundarunt.

MASMVNSTERIVM inſignæ eſt monaſterium virginum, atq; aliquot Canonorum, id putant fundatum à Maſonę Duce Alemanniæ, à quo vallis Maſonis quæ alioquin *de la aff* appellatur, nomen habet: Maſonis progenitores orti ſunt regia proſapia Francorum & Burgundionum: Maſo filium habuit vnicum, qui cum octennis eſſet, in amne Orluna vulgo Tolder lauans ſubmerſus eſt, idq; ſubtus Arcem, in qua tunc eius parentes habitabant, ea nunc ruinis eſt abſumpta. Maſo itaq; & eius vxor, priuati legitimo herede, fundauerunt monaſterium, ſub id fere tempus quo Eberhardus Comes Egisheimenſis erexit monaſteriū Murbacenſe, regnante Francorum Rege Theodorico A. Chriſti plus minus 730. eidęq; monaſterio quæcumq; bona, tam ſolo ſe mouentia, quā quæ appellantur immobilia, terras ſibiq; ſubditos homines, 25. nempe oppida & pagos cum omnibus ſuis iuribus donarūt, ordinaruntq; 18. Canonicas, ſex Canonicos & tres Coadiutores, filij Maſonis tumulo in *ſpernda* ptum eſt Epitaphiū in hæc verba *HIC IACET SEPULTVS FILIVS MASONIS SPERNDADVDORIS HVIVS MONASTERII:* Monaſterio ſubiecta fuērunt oppida *Mulhauſen/ Einſheim/ Egisheim/ Berleſheim Mißweiler/* quæ hodie alterius ſunt ditionis.

THANNVM elegans eſt oppidum, annumeraturq; Comitatu Pſirtenſi, oppido Arx mōtana Engelburgum imminet, ei adiacet mons Rang dictus, in quo nobiliſſimum vinū creſcit quod *Rangwein* dicitur, Baſilienſibus percognitum: prolabitur ex montium faucibus fluuius Tharus, qui Sunggouiam ab Alſatia diſtinguit, collegiata Eccleſia fuit primum ad Fanum Amarini, in ditione Abbatis murbacenſis, ſed in concilio Baſilienſi, in oppidum Thannum traſlata eſt. MORMVNSTER monaſterium Monachorum in Comitatu Pſirtenſi fundauerunt Comites Pſirtenſes, habetq; nomen à S. Morando, cuius corpus illic conditum eſt. FANVM Amarini & Arx Fridberga, vno miliari à Thanno diſtans Abbati Murbacenſi paret, non procul inde Moſella fluuius oritur. MULHAUSEN vrbs eſt Imperialis, cuius aduocatus ſiue deſenſor (ſicut & oppidorum Colmaria & Keiſerſpergij) Episcopus Argentinenſis anno C. 1261. fuit, ſed paulo poſt id tempus, Rudolphus Comes Hapſburgius, cum Colmariam ciuibus quibusdam ſentientibus occuparet, & oppidum Mulhauſen obtinuit, Arcemq; quæ in eo erat (omnibus qui inerāt captis) auxilio ciuium diruit, electo autem comite Rudolpho in Romanorum Regem, redierunt eadem oppida ad Imperium: Oppidanorum ſtudium conſiſtit potiffimum in vini & frumenti agricolatione eſtq;

estq; vinum quod hic crescit satis celebre: primum societatem oppidum Mulhausen cum Heluetijs iniit circiter annum 1464. tum enim vicina nobilitas vrbi libera infesta erat, occasioneq; belli aduersus illam studiose querebat, quare ciues Mulhausani cum Bernatib⁹ Friburgenfibus & Salodorijs foedus in annos XV. fecerunt, ac Bernatum intercessione reliqui VII. pagi Heluetiorum Mulhausiam in tutelam receperunt, quo facto animi nobilitatis adeo incensi sunt, vt breui odium in bellum eripuerit, in quo, Heluetij praesidium primo vrbi misere, deinde omnes pagi sub signis magno exercitu, vrbi auxilio venere, obsederuntq; VValdshutum Ducum Austriae oppidum, eaq; ratione nobilitatem aequas pacis conditiones recipere coegerunt Anno deinde 1506. Mulhausani a Basiliensibus in ciuium albu recepti sunt, atq; ita arctius Heluetijs vniti, nono autem anno postea, cum omnibus 13. Heluetiorum pagis foedus percusserunt 19. mensis Ianuarij: hoc foedere, de bello inferendo & societatibus ineundis, conditiones plane foederi Rotuilano similes sanciantur.

OTMARSEN oppidum, monasterium habet virginum, quod tempore Imp. Hérici III. construi curauit Comes Hapsburgensis Rudolph⁹ nomine, eius frater VVernherus Argentinenfis Episcopus Constantinopoli in quadam insula vitam cum morte comutauit, eorum frater Rapoto, monasterium Muri in Ergouia fundauerat: putant aliqui Otmarsen nomen sumfisse ab idolo Martis, cui templum ibi sacrum fuit, id eius imago paucos ante annos hic inuenta comprobatur.

MONASTERIUM Lutzel Cisterciensis ordinis, Comites Falckenbergenses, Montisbelgardenses & Pfirtenses fundauerunt.

COMITATUS Montis Beligardi Sunggoiae ad occasum adheret, Montisbelgardium autem egregiu oppidum est, Arcemq; regiam ostentat: eo in Comitatu alia multa oppida & arces sunt, nempe Grans oppidum cum Arce: Clerwangum oppidum cum Arce: Passewangum oppidum cum Arce: Comitatus Montis Beligardi incole lingua Burgundica vtuntur. Comitatu Montis Beligardi propinquum est oppidum Bruntraut, vbi Episcopus Basiliensis in arce Regia habitare Bruntraut non longo interuallo distat Luders oppidum cum castro & monasterio, subditum est Abbati Luderensi.

COMITVM MONTISBELIGARDI

Series haec est.

REGINALDVS Othelini Comitum Burgundiae frater Comes Montisbeligardi fuit, filias habuit Agnetem quae patri in Comitatum Montisbeligardi successit, & Ioannam quae Rodulpho Marchioni Badensi nupsit. AGNES nupsit Hérico Montisfalconis domino, qui socio ro ob vxorem in Comitatum Montisbeligardi successit: Henrico & Agnete natus est Stephanus filius.

STEPHANVS parentibus successit, moriens quatuor ex Henrico filio neptes suarum rerum heredes habuit, Henricam quae auo successit in Comitatum Montisbeligardi, Ioannam quae Ludouico Cabilonensi, Agnetem quae Theobaldo noui castri domino, Margaretam, quae Humberto Comiti de Rupe collocatae fuerunt. HENRICA paulo ante aui obitum Eberhardo Eberhardi Comitum VVirtembergensis filio nupsit, cui Comitatum Montisbeligardi, quae aetatis praerogatiua ad se trahebat, detulit, Henrica peperit Ludouicum Henricum, Vdalricum.

HENRICVS Henricae secundus filius, Eberhardi & ceterorum suorum nepotum consensu Montisbeligardi Comitatum obtinuit, in vxorem duxit Elisabetham Simonis Bipontini & Bitzei Comitum filiam, quae ei peperit Huldericum Ducem VVirtembergensem, & Mariam Hérici Ducis Brunfwicensis vxorem, Henricus ex secunda vxore Eua (alijs Barbara) Ioannis Salmei filia genuit Georgium, qui patri in Comitatum Montisbeligardi successit.


GEORGIVS Comes VVirtembergensis, & Montisbeligardi, dominus supremus Hericuriae princeps pacis & iusticiae amantissimus, vereq; pater patriae, grandeus ex consilio Christophori fratruelis, duxit in vxorem Barbaram, Philippi Lantgrauij Hassiae filiam, quae ei peperit Fridericum, qui patri successit, & Euam Christinam posthumam, quae Kirchemij obiit virgo 16 annorum 5. mensium 7. dierum, Anno 1575. Georgius in fata concessit Bipontij, Anno Christi, 1558.

FRIDERICVS patri successit in Comitatu VVirtembergensem & Montisbeligardi, duxit in vxorem Sibyllam Ioachimi Ernesti Principis Anhaltini filiam: Ludouico Duci VVirtembergico patrueli, nulla mascula prole superstite defuncto, successit in Ducatum VVirtembergensem.

37

COMITATUS BURGUNDIÆ,

VVLGO LA FRANCHE COMTE.



NICOLAVS Vignierius Barrensis ad Sequanam, in rerum Burgundionum Chronico scribit, post annum à Christi nato D. CCCLXXXVIII labascēte Regum ex Caroli Magni, agnatione in Gallijs maiestate, Burgundiæ partem illam, quæ est cis Ararim (quàm inferiorem antiqua monumenta appellāt) Ducatum efficere cepisse: In Lugdunensi atq; Arelatenſi Burgundia, Bosone auctore & in Trans-Iurana, Rodulpho Chonradi filio, duo Regna constituta fuisse, quæ in vnum tandem coaluerunt, ex cuius postea dissolutione Comitatus Burgundiæ superioris, Moriennæ siue Sabaudia: Prouinciæ Arelatenſis atq; Viennæ siue Delphinatus emerſerunt, nec longe ab illis interuallo Ducatus Burgundiæ minoris quàm Nuitlandiam vocant. Hæc tabula superiorem Burgundiam siue Comitatenſem, quàm vulgo *la Franche Comte* vocant exhibet. Regio collibus, vitiferis tamen turget, & multa in ea loca, agro vberè gaudent, pecori alendo & fœcundo ſementi commodasunt, nascitur enim ibi triticū purū, ſiligo, hordeū, auena, faba miliū & alia legumina: lumentorum & pecudum passim summa fertilitas, arborum haud minor fecunditas, vinetis abundat vini laudatissimi feracibus. Regio ferè vndiq; fluminibus irrigua est, vti sunt Alduadubis, Cella, Lupa, Languium & alij: Lacus multi sunt. Inter Nozeretum & Ripariam est lacus Bonuallis, qui septimo anno in aliquot hebdomadas suffugiens & deliteſcens, deinde iterum emergit. Montium huius regionis præcipuus est Iura, qui Heluetios & Sabaudiam spectat, & Vogelſus qui hanc Prouinciã à Lotharingia diſterminat, ij tamen montes pecori alendo non incommodi sunt: si quis nemoribus oblectetur, habet quocumq; ſeruat, montes ſiuoles: ferri fodinæ sunt iuxta Fanū Hippolyti oppidum. Marmor & Alabaſtrites in Dolano & Fanū Lotharij pago effodiuntur & aliud Marmoris genus ad urbem Salinas. Thermae quoq; medicatæ aquarum calidarum Luxouij oppido ſcaturiunt.

VESONTIO Ciuitas est Imperialis libera, Comitatus Burgundiæ Metropolis: olim Chryſopolis dicta fuit, quod eius portæ puro ſpiſſoq; auro obductæ fuerint: ſita est comodo fertiliq; territorio, circumdata enim est ditibus colliculis, qui vinetis conſiti ſunt, & pulchris profundiq; saltibus: Alduadubis fluius ipſam interſecat, cuiq; potiorem partem concludit, reliquam partem, ad portam qua Dolam itur, fluius non alluit: fructus dulces gignit territorium, aucupio capta caroq; venatica in ciuitate vili venditur: præcipuus ræo totius Prouinciæ haberi poteſt. Eſi autem Veſontio Monarchiæ ſedes non fueſſet, vt fuit Roma, attamen in ea fere nulla magnificentia præſtantia publicã adificia fuere, quæ nõ & Veſontioni eſſent, quorum adhuc veſtigia extant, nempe Chamars quid Campus Martis eſt, Chandiane qui campus Dianæ, Chamuſe qui campus Muſarum, Challu qui campus Lunæ, Roremont qui aurorę mons: columnæ veteris lapidis non ſatis cogniti faſiles eſſe putantur, & alia rara. **DOLA** vrbs eſt, territorio diuite fertili & aere peramœno, ſalubriq; ſita, caput eſt propemodum totius Comitatus, propter Parlamentum (vt vocant) omnis eius Prouinciæ. eruditis prudentibusq; viris clariſſimis: diſciplinarij ſtudijs per Ieſuitas fulget, maxime vero iuriſprudentiæ Academia, quàm vndiq; exteri, præſertim Germani fræquentant, Alduadubis fluius in duo brachia diuiſus. inferiorem eius partem quaſi vlnis cõplectitur mœnibus octoq; propugnaculis altiffimis, ex quadrato lapide cõſtructis & editiffima ſummi Templi, Turre munita longeq; firmiffima eſt. **NOZERETVM** oppidū eſt, Gilbertus cognatus eius ciuis, Nucillum dictum fuiſſe ait, à nucibus auellanis, ibi creſcētib⁹, ſed Ludouic⁹ Princeps Cabillonius, ab expeditione Hieroſolymitana reuerſus, motus reuerētia, erga verbi celeftis incarnationem, Nazareth id dici voluit, cum id muris cinxit: ornatum eſt Templis & Palatio Principis Auraici & ciuium domibus magnificis: celebre eſt propter nundinas & mercimonia quæ in eo ſunt. **SALINAE** vrbs eſt in valle ſita, in ea fons eſt, è cuius aqua ſalem excoquūt candore præſtantiffimum, quem in panis formã (quæ Salinia vocāt) eſſormatum, in finitimas regiones, Heluetiam præcipue, frequētib⁹ curribus

COMITATUS BURGUNDIAE

VVLGO FRANCH COMTE



ribus exportant, itaq; salis negociatio maximum Comiti Burgūdiæ vestigal parit. Sant Amouri Fanum, oppidum est, dominum agnoscit Philibertum Baumium Montisfalconeti dominum, & nobilem virum Ioannem baumium: in tres summas iurisdictiones quas Bailliatus vulgo nominant distinctus est Comitatus Burgundiæ: superioris sedes est Vesulij, alterius quàm inferiorem vocant, sedes est Polignij, tertiæ quæ minor est Dolæ: in superiori iurisdictione vrbes sunt, Cronyum, Monbozum, Paluiera, Portus ad Sonam, Fanum Iustini Falcogneum & aliæ: in inferiori sunt Salinæ, Arbosium, Polignium, Nozeretum, Ponterlium, Orgeletum & aliæ.

Comitum qui huic Prouinciæ præfuerunt series hæc est.

FRIDERICVS eius nominis primus, Romanorū Imperator, repudiata priore sua coniuge, duxit Beatricem Reginaldi Comitis superioris Burgundiæ & regni Arelatensis heredē, cui successit in Imperio Hēricus eius filius: in opes ditionesq; autē quas Beatrix in Burgundia habuerat, successit Otho eius filius ordine tertius ab Henrico fratre, quibus Palatini & regni Arelatensis titulos adiunxit. Othoni successit Beatrix filia, quæ Othoni Meranix ad Athesim in Alpibus Duci nupta, ei peperit Othonem: huic successit Aliza siue adelidæ filia, quæ nupsit Hugoni Ioannis Burgundiæ Comitis filio natu maiori, illiq; iura titulosq; Comitatus & Palatini Burgundici (quo pater Ioannes auulq; Stephanus abstinerat) detulit: eis successit Othelinus siue Otho filius qui Mathildem Roberti Atrebatum Comitis ad Curtracum cæsi filiam vxorem ducens, nactus est Comitatu Atrebatensem quamuis Roberto, ex filio eius Philippo mascula proles superesset. Othelino successit Iohanna filia quæ nupta erat Philippo Franco Pictonum Comiti (qui postea regnū Frācorū adeptus est) cognomento longo, hic filiam natu maximam Ioannā, elocans Eudoni Burgundiæ Duci eā dotauit Comitatu Burgundiæ in quæ ea virgo successerat, defuncto Othelino siue Othone auo materno & Roberto auunculo, qua ratione Comitis & Palatini Burgundici simul cum Ducatus, titulos primus gestauit Eudo, cui successit Philippus, ex Philippo filio nepos, quo sine liberis defuncto, Rex Francorū Ioannes Ducatū Burgundiæ filio Philippo qui Audax dictus fuit concessit, sed in Comitatum Burgundiæ Atrebatumq; successit Margareta, alia Regis Philippi longi filia, quæ nupta erat Ludouico Niuernensi Flandriæ Comiti: huic successit Ludouicus Malanus filius, cui nata est Margareta filia, hanc in vxorem duxit Philippus Burgundiæ Dux, cognomento audax, huic ordine successere Ioannes intrepidus filius, & Philippus cognomento bonus ex filio Ioanne nepos, hic post se reliquit vnicum filium Carolum, qui Bellator dictus fuit, & ad Nanceium ab Heluetijs victus & occisus est, relicta post se vnica Maria, quā duxit Maximilianus Austriacus, Imp. Friderici tertij filius, qui post patrē Imp. fuit, & ex Maria vxore procreauit Philippū (qui ducta in vxorem Regum Hispaniarum Ferdinandi & Elisabethæ filia Iohanna, Hispaniarum Rex fuit) & Margaretam quæ primum fuit desponsata Carolo Regis Ludouici XI. filio, sed post decennium à Carolo tūc Francorum repudiata, nupsit Ioanni Ferdinandi Hispaniarum Regis vnico filio, quo ex nuptiis elocata est Philiberto Sabaudix Duci, ex quo prolem nullam edidit. Philippo Hispaniarum Regi ex vxore Ioanna nati sunt Carolus qui patri in Comitatum Burgundiæ successit & Romanorum Imp. fuit eius nominis quintus: Ferdinandus cui Archiducatus Austriæ in partem hereditariam obtigit, & post Carolum fratrem Imp. fuit: Eleonora quæ primum nupta fuit Emanueli Lusitanix Regi, deinde Regi Francorū Francisco primo: Isabella elocata fuit Christierno secundo Daniæ Regi: Maria, quam in vxorem habuit Ludouicus Hungariæ & Bohemiæ Rex: Catharina, posthuma matrimonij vinculo iuncta fuit Ioanni tertio Lusitanix Regi. Carolus V Imp. duxit in vxorem, Isabellam, Emanuelis Regis Lusitanix filiam, quæ ei peperit Philippum Hispaniarum Regem & Mariam quæ elocata fuit Imp. Maximiliano eius nominis secundo patrueli. Philippus Rex Hispaniarū primam vxorem duxit Mariam Ioannis Regis Lusitanix filiam, quæ ei peperit Carolum, in ipso ætatis flore extinctum: secunda vxor Regis Philippi fuit Maria, Angliæ Regina, Regis Henrici octauī filia: Maria defuncta duxit Rex Philippus Isabellam Regis Francorum Henrici II filiam quæ ei peperit Isabellam, & Catharinam quæ nupsit Carolo Emanueli Sabaudie Duci, quarta Regis Philippi vxor fuit Anna Imp. maximiliani II filia, quæ ei peperit Ferdinandum, qui infans, Iacobum qui nouennis mortuus est, Philippum qui natus est Anno à nato Christo clj D. LXXVIII.

35

SABAVDIÆ DVCATVS, VVL

GO LE DVCHE DE SAVOIE.



BELLEFORESTIVS dicit eos qui non hallucinantur, estimare nomen Sabaudia à vadis Sabatijs deriuari, alias enim necesse fore in illorum leuem credulitatem incidere, qui dicunt Beraldum aut Beroldum Saxonem, illustris Sabaudie Principum prosapia authorem, huic Prouincia id nomen indidisse, cum eius vias angustiasq; aperuisset peruias tutasq; fecisset, à latrocinijs quibus infamis erat. Aer regionis purus est, solumq; fecundum, à ripa precipue Heluetiorum secundum Lemani lacus tractum, qui ab Atuacis populis *dievnat* vulgo vocatur, terra ibi amoenissima & fertilis est, præter cetera, vinum profert generosum Ripalium seu Rivalium à ripa lacus quod dicitur: pascuis yberrimis ad omne animantiũ genus enutriendum, præstat huius terre gleba circa Alpes Graias, quæ S. Bernardi mons minor appellatur, idq; ideo fieri aiunt, quod in occasum vergens sol, obliquis suis radijs, eorum montium latera percutiens, virum plus habeat. Ultra verò eas Alpes, dum Cinesio monti appropinquatur, nec pascua, nec virescentia vlla cernuntur olera, cum perpetua niue tectus, is mons, ab albedine Alpium nomen non imerito sustineat, rupibusq; ac frigore rigescat. Fluij hunc Ducatum rigantes sunt Doria Arbua, Isara, Danius, Arar, quem vulgo Sagonam nominant, qui Rhodano miscetur, & ipse suis aquis hanc terram humectat. Montana admodum est Regio, præter Claudij montem & Iurassum, quos in Antuatibus attollit, Pæninæ Alpes in Veragris in imensum ascendunt, nunc S. Bernardi mons maior dicuntur: in Salassijs Grayæ Alpes extant, nunc S. Bernardi mons minor, & Siluius mons. Sub his in Morienne Comitatu Alpes Cottia sunt, hodie mōs Senis Gallicæ dicitur id est, Cinesius mons, olim Vesulus dictus: & Agnellus collis, petra habes pertusam, per quam ex Gallia in Italiã patet iter. Sunt mōtes isti, plerumq; glabri adeo, vt nec frutices quidem, nec arbores ferant, imenso algore ob altitudinem rigentes. Sabaudia regionem, veteres allobrogum ditionem vocauerunt, continetq; totum eum tractum quem olim Sabbatijs, Ingaunij, Intimilij, Hiconij, Tricorij, Vocontij, Lepontij, Latobrigi, Medualli, Centerones, Catoriges, Veragri, Nantuati, Salassi, Tharentasij, & Seduni occupauerunt, hodieq; mutatis nominibus his regionibus (vt populares indigene eas nominant) comprehenduntur, Sauoia, Comitatus Geneuensis, Marchizatus Susæ, Comitatus Morienæ, dominia de Tharétaise, Brengois, *Foncigni, Chablais, Val d'Oste, Pais de Vaul, de Geiz*, aliaq; nonnulla: habet Sabaudia Ducatus sub se Pedemontanam regionem insignitam, Principatus titulo, item regionem Bressianam, in qua sunt Comitatus Varas, *Monreueil, Pont de Vax, Bage*, Antiquorum monumentis constat, totum hunc tractum olim Regni titulum habuisse, idq; temporibus Hannibalis, qui à Bronco & eius fratre, de huius tractus dominatu disceptantibus, arbiter factus, discordiam sedauit, maioriq; natu, qui à iuniore regno pulsus erat, Imperium restituit vt refert Liuius lib. 2. Betulum (aut vt alij legunt Bituitum) eorum Regem à Q. Fabio Maximo captum scribit L. Florus. **CHAMBERIACVM** vulgo Chamberi Sabaudia est Metropolis, sita in Regione antiquorum Antuatum, alijs omnibus Sabaudia vrbibus excellit, in ea Principes Sabaudia fere degunt moramque trahunt, & in ea sedem Tribunalis Prouincia (Parlamentum vocant) collocarunt. **FANVM** Ioannis morienne, Tharentasia, Bellayum, Anicyum, Mont-Melianum, oppida sunt, sicut & Bressa quod aliqui Forum Segusianorum esse volunt.


Principum & Ducum Sabaudia series hac est.

BERALDVS Hugonis Saxonie Ducis (qui Othonis II. Cæsaris frater fuerat) filius, solũ patrium vertere coactus, in eam Burgundia Transiurense partem se recepit, quæ inter Allobroges Comitatus Morienne vocatur, cuius etiam Comes dici & haberi cepit, beneficio eius Regis qui eo tẽpore Burgundia præerat. **HUMBERTVS** cui à candore manum cognomentũ datũ fuit, patri Beraldo successit, Comitatuq; quem possidebat in feudum perpetuum ab Henrico Imp. accepit, per vxorem Adelhidam filiam heredemq; Marchionis Segusiani, eundem Marchionatum obtinuit, quem suo Comitatu Morianensi adiunxit.

Amædeus

SABAVDIA DVCAVS SVV

CO LE DUCHE DE SAVOIE



AMEDEVS patri Humberto successit. HUMBERTVS eius nominis secundus post patrem Amedeum, Moriennæ Comes & Segusianorum Marchio fuit. AMEDEVS secundus pro Moriennæ titulo, ab Henrico V. Imp. obtinuisse dicitur, vt primus Sancti Imperij Comes nominaretur. Lausannam obsedit An. C. 1141. Chonrardo Imp. & Ludouico Francorū Regi belli sacri causa, cum copijs in Asiam traiciētib; comitem se adiunxit. HUMBERTVS tertius Amedeo patri successit. THOMAS Pedemontanum Principatū armis sibi parauit, reliquit post se Amedeum, qui patri successit. Amedeus tertius Vallem Augustam, Petram & Chablasi Principatum sibi quæsiuit. Valesios, Sedunenses, vicinosq; populos domuit. Bonifacius qui Amedeo patri successit, prælio ab Astensibus victus & captus, ex maximo inde concepto dolore obiit, nulla relicta sobole. Petrus Bonifacij patruus nepoti successit, inter sui seculi Duces, bellica virtute comendatus fuit, Principibus Zerīngensibus tractum Auenticū siue Vallensem, omniaq; oppida quæ ad lacum Lemannum sunt, eripuit. Philippus fratri absq; liberis mortuo successit. Amedeus eius nominis quartus, Philippi ex fratre Thoma nepos, à rerum ab eo gestarum magnitudine, Magni cognomentū habuit, eius vxor fuit Sybilla Balgei Comitis, & Bresse domini filia & heres. Eduardus Amedeo patri successit: à Guidone Viennensi Delphino, insigni clade affectus, reparandarū virium causa in Galliam profectus, Lutetiæ obiit, vnica superstite filia quæ Britannia Duci nupta erat. Amedeus quintus Eduardo fratri successit, nam ei parere malebant Sabaudi quam Eduardi filia, bellum cum Delphinatibus gessit. Amedeus sextus Amedeo patri successit, cognomentū Comitis viridis habuit. Amedeus septimus Niceæ Insubrum Principatum, absq; bello quæsiit, eo nimirum à ciuib; acceptus, qui à Ladislao Rege Neapolitano defecerant, à Valesijs superioribus insigni clade affectus fuit.

Amedeus octauus patri Amedeo successit, primus Ducatus titulo honoratus, rerū mūdānarū fuit tedio affectus, se monasticę vitæ Ripalię ad lacū Lemānū addixit: Eugenio papa in Concilio Basiliensi dānato, ex monacho Pontifex factus, Felicis nomen assumpsit. Papatum postea Nicolao celsit. Ludouicus patre monasticā vitā profitente secundus Dux Sabaudia fuit.

Frater verò eius Philippus Comitatus Geneuensem tenuit, Ludouicus sex filios reliquit.

Amedeus patri Ludouico successit, ei nupta erat Isabella Regis Francorum Ludouici XI soror. Philibertus adhuc infantulus, Amedeo patri successit, sub tutela Isabellę matris quæ quod Caroli Burgundia Ducis (qui bellator dictus fuit) conatibus faueret, Heluetios, confederatos in se ita concitauit, vt ei omnia fere oppida, quæ in tractu Auentico, & lacui Lemanno adiacent, eripuerint sibiq; asseruerint. Carolus Philiberto fratri successit, eiq; vix quadriennio superstes fuit. Carolus secundus in baptisate Ioannes carlus nuncupatus patri Carolo successit, mortuus septennis. Philippus Bengiaci Comes Bressia dominus Amedei noni frater, agnatorum obitu, iam senex Sabaudia Ducatum nactus est.

Philibertus pulcher patri Philippo successit, duxit in vxorem Margaretam Imp. Maximilianī primī filiam, quæ primum desponsata fuerat Carolo Regis Franco: um Ludouici primi filio, qui Carolus Rex factus, eam repudiavit, deinde Ioanni Ferdinandi Hispaniarū Regis filio vnico quo intra añum mortuo Duci Philiberto nupsit cui prolem non peperit, Dux Philibertus in flore iuuetutis decessit sepultus in Breueto cænobio ab vxore magnis sumptibus extructo. Carolus post Philibertum fratrem, Dux Sabaudia fuit, à Bernatibus Geneuam defendentibus, male mulctatus à Rege Francorum Francisco primo nepote, ex sorore, maxima Principatus sui parte spoliatus fuit, ditioeq; patria eiectus, eius vxor fuit Beatrix Emanuelis Portugalię Regis filia cuius sororem Imp. Carolus quintus in vxorem duxerat cui Carolo cum Carolus propter affinitatem adhereret Regem Franciscū nepotem eare offendit. Emanuel Philibertus patre Principatu eiecto, militauit Imperatore Carolo quinto bello Germanico, & Philippo Hispaniarū Regi eius filio ad Quintini Fanum, duxit in vxorem Margaretam Regis Henrici secundi sororem, qui ei pacis initia cū Philippo Hispaniarum Rege nomine, restituit Sabaudiam & Pedemontium. Carolus Emanuel patri Emanueli successit, seq; inscribit Ducem Sabaudia, Pedemontij Principem Marchionem Susæ Comitem Moriennæ, Tharentesæ, Brisgoiæ, Bressæ, Geneuæ, natus est, Anno Christo 1561. baptisatus autem sexennio post Thaurini, duxit in vxorem Catharinā minorem natu Regis Hispaniarum Philippi secundi, filiam.

NVITLANDIA, VVLGO NVCHT AVVCHTLANT.



DE BURGUNDIAE nomine, Burgundionibus, & eorum Regibus dictum est, in descriptione Ducatus Burgundiae, ubi Regum Burgundiae nomina recensentur, in descriptione Comitatus Burgundiae aliquid dictum est, de Arelatensi Regno, cuius primus Rex fuit Boso, ab Imperatore Carolo Caluo Rex factus, in gratiam Hermingardis eius vxoris, quae Imperatricis soror erat: & mentio quoque facta est Regni Trans-Iurani, quod Rodolphus Chonrardi filius erexit, cuius regni cum Nuthlandia (quae hac tabula describitur) pars fuerit, de Regni Iurenfis institutione & regibus, qui ei praefuerunt & quodeuenerit, dicendum est. De regno itaque Transiurano & eius Regibus haec scribit Nicolaus Vignierus Sequanus in rerum Burgundionum Chronico. Regna quae Caroli Crassi imperio, ut in vna compage colligata erant, eius interitu velut herede legitimo destituta, repente adeo (quemadmodum tradit Regino) dissoluta sunt, ut quaeque sibi dominum propriumque Regem, e penu suo creare, naturalesque dominos non amplius respicere fas esse duxerint: hac ratione cum noua Regna multis in locis emerferint, vnum illorum fuit, quod Rodolphus Chonrardi cuiusdam Comitatus (cui secundum Annales Paternacenses cognomentum fuit à Stratlingen Arce) filius, Hugonis autem Abbatis nepos, in ea Burgundiae parte, quae trans Iuram ad Alpes usque protenditur, ideoque Transiurenensis dicitur (cui Comitatus nomine post patrem praerant) Anno 888 erexit: incolarum populorumque animis sibi conciliatis, adeo ut ab ijs Regem, illius Burgundiae se salutari, Regioque more coronari curauerit: nec eo sane contentus, vicinorum Burgundionum, Lothariensisque animos legationibus in se conuertere tentauerit, id quod Arnulpho Imperatori tantopere molestum fuit, ut ad eum depellendum nihil non sibi tentandum esse duxerit: Ille vero ita perite sibi prospexit, ut locorum asperitate & difficultate tutus, hostium suorum conatus omnes semper eluserit, feliciterque repulerit. nec dissimulandum Burgundiae regnum quale sub prioribus Regibus fuerat, in tres Principatus hoc seculi distributum fuisse. Quidquid enim à Iura monte ad Alpes usque excurrebat, ubi quondam Heluetij, Rauraci & Allobrogum pars, hodie vero Saubaudiae Ducatus, ac Vchtlandia, Brisgouia, Suntgouia, Cremerlandia, & Tigurina praefectura, siue Heluetiorum hodiernorum pagi tenent, Regno Iurenfi quod ab isto Rodolpho inchoatum fuit, comprehendebatur, nec enim sibi adhuc adiecerat Burgundiam superiorem, quae Iura & Vogeso montibus includitur, ubi hodie Vesontio, Tullum & Dola vrbes, sub Comitatu Burgundiae relictantur, in quam Richardum Burgundiae Ducem eiusque filios ius suum aliquamdiu exercuisse nonnulla testimonia indiciaque fidem faciunt. Tertium vero principatum, Burgundia inferior, quae Prouinciam Arelatensem Malsiliensemque ab Alpibus ad Rhodanum usque continet, constituebat, cui Boso eiusque filius & Hugo postea, atque etiam Carolus Constantinus, Ludouici orbi filius, Viennae praesertim praerant: Rodolphus ex Adelaide quadam reliquit Rodolphum secundum & Agnetem quae Bertoldo Brisgouiae Comiti collocata fuit.

RODOLPHVS is duxit in vxorem Bertae Bertholdi Sueviae Ducis filiam: Italiae regnum tenuit, ab italibus Berengarij Tyrannidis pertulis in Italiam vocatus, sed eum Hugo Arelatensem & Viennae Comes Italia excedere coegit: postea autem compertum habens, Rodolphum in Italiam reuocari, ut eum auerteret, quidquid ipse in Gallia urbium finiumque obtinebat ei tradidit. Mortuus est Rodolphus secundus, Anno 937. relicto filio Chonrardo parvulo. Chonrardus ab Othone Imperatore dolo captus & detentus fuit: duxit Mathildem Lotharij Franciae Regis sororem, eiusque nomine Lugdunensem ciuitatem à Rege Lothario obtinuit, mortuus Anno 990, superstiti Rudolpho filio: Bertha quae Odoni Carnutum Comiti cognomine Campano nupsit Gilla siue Gisala, quae primis nuptijs, Ermistum Sueuorum Ducem, Alberti Marchionis Austriae fratrem, coniugem habuit: illo autem mortuo Conrardo salignio tunc Franconiae Duci & postea Imperatori iuncta est. **RODOLPHVS**, cui Hermannus contractus ignauicognomen adscribit, sobole destitutus, cum sibi



lac. 2.
ad Imp
tu su
vr

sibi fatalem horam addesse sentiret, ac propensior esset, in Chonrardum Imperatorem, qui sororem eius Gisalam duxerat, quam Odonem secundum Campaniæ Comitem, qui ex altera sorore natus erat, ipsum Chonrardum eiusq; filium Henricum Regem, Regni opumq; suarum heredes successoresq; testamento instituit, ad eosq; moriens Diadema ceteraq; regni insignia transmisit. Cæsari postea totam Burgundiam (qua Odonem expulerat, qui eam se absente occuparat) in suam fidem recipienti, vrbium Proceres exemplo Lugdunensis Pontificis dicto audientes extiterunt, præsidia suis arcibus receperunt, & vt fidem suam oppignorarent, obsides præbuerunt, adeo vt illa Burgundia, quæ 154. ante annos in vno Rodulpho regnum esse ceperat in alio esse desierit, iurisq; Germanici facta fuerit: Ab eo enim tempore, non solum ipse Conrardus, sed etiam posteri eius, Regni Burgundici & Arelatenfis iura titulosq; sibi semper vindicarunt, quamuis sub ipsis, vel à Regum qui eos præcesserunt temporibus, illud in multos variosq; Principatus dissectum fuerit, qui suis proprijs Comitibus parebant, & regebantur: Maiorem enim Alpinarum gentium pars, sub Humberti Beraldi filij regimine iam constituta erat: VVidonem vero, cui crassi cognomen fuit Comitatum Viennensem (nunc Delphinatus est) obtinuisse: Arelatensem autem Prouinciam suos proprios Comites etiam habuisse, omnes consentiunt, inter quos Vdonem Rodulphi Regis sororium, maiorem eius partem occupasse Lazius affirmat. Illi autem omnes in fide obsequioq; Germanico Augustorum ad Henrici quarti vsque tempora, permansisse creduntur quo tempore occasione bellorum ciuiliu, dissidijsq; exorti inter Cæsarem & Romanos Pontifices iugum Germanicum excusserunt, ditionesq; quas quisq; vel occupabat vel obtinebat, suo proprio, non autem alieno iure auspicijsq; regere cepit. Rodolphus autem Sueuiæ Dux, factione Romani Pontificis & quorundam Principu, Imperator aduersus Henricum quartum creatus, Sueuiæ Ducatum, cui Nuitlandia siue Burgundia minor adiuncta erat (adeo vt inde Burgundiæ Ducis titulum cum Sueuico gereret) Bertholdo Zeringensi eius nominis secundo resignauit: Henricus vero ex Italia reuersus, vtrumq; eo Ducatu vi armisq; spoliat & ipsum Fridericum à Stauffen, cum altera filiarum suarum Agnetæ dotis nomine attribuit. Quod licet mortis occasionem eodem anno Bertholdo præbuerit, nihilominus Bertholdus filius eius, istius nominis tertius, quem ex Richamara priore coniuge sustulerat, iuri paterno nunquam renunciare voluit: Ex quo ab eo tempore Duces Zeringenses non solum Ducum, sed etiam Regum Burgundiæ & Arelatenfium titulum suis alijs titulis semper addiderunt: sed ea lis quæ magnis odijs inter Fridericum à Stauffen & Bertholdum Zeringiæ Ducem, ob Ducatum Alemaniæ perseuerabat, Imperatore arbitro ita composita est, vt Friderico tota Sueuia, Bertholdo autem Brisgoiæ ciuitates, & nonnullæ Prouinciæ quæ in Alsatia existunt, cum Nuitlandia & Præfectura Tigurinensi (quam Aduocatiã tunc dicebant) & titulo Burgundiæ Ducis remanerent. Sed ex Annalibus Friburgensibus constat Zeringenses Principes non solum Ducis, sed etiam Regis, aut potius Rectoris Burgundiæ & Arelatenfis titulo vsos fuisse. Bertholdo tertio successere Bertholdus IV filius & Bertholdus V (cui crassi fuit cognomen) titulum gessit Ducis Zeringiæ, Brisgoiæ, Vchtlandiæ siue minoris Burgundiæ & Comitatus tractus Auenticensis: cuius posteri ex sororibus, partim Austracis Principibus, partim Saubaudis quidquid iuris in minore Burgundia possidebant vendiderunt. Anno autem 1473 grassante bello inter Heluetios & Burgundiæ Ducem Carolum, qui bellator dictus fuit, Isabellæ Philiberti Ducis Sabaudiæ matri (quod Burgundi conatibus faueret) Heluetij omnia fere oppida quæ in Tractu Auentico & Lacui Lemanno adiacent eripuerunt. BERNA inclyta vrbs est, eam condidit Bertholdus Zeringiæ Dux V huius nominis, & vltimus offensus nobilitati, cuius fraudibus filij ipsius veneno in pueritia necati erant ideoq; vrbe à se condita Imperio Romano attribuit, libertateq; donauit. Situs vrbs est in peninsula, quæ facit Arola amnis nauigabilis: solū habet omniu reru præterquam vini ferax: in clientela Comitatus Sabaudiæ fuere Bernates, sed ob ei bonam præstitam operam contra Burgundū, libertati sunt restituti. FRIBVRGV M oppidum ad Sanam fluuium, à Bertholdo IV Zeringensium Duce paucis annis, ante Bernam conditum est, mirabilem situm obtinet, partim enim impositum est monti præcipitibus petris suffulto, partim iacet in valle, accliuis montibus clausa, circumfluatq; montem, in imo per desidentem ciuitatem amnis mediocris magnitudinis. Prætorium situm est in præcipiti rupe, vbi olim Arx fuit, à qua temporum successu creuit ciuitas ipsa, supra & infra, Oppositi montes sustentant mœnia, tamen si in orientali monte, nullæ fere domus, præter munitiones existant. Quocunq; pergis in ciuitate est tibi, vel ascendendum vel descendendum. Profert terra omnia necessari præter vinum.

ARGOVIA, TIGVRINENSIS PRAEFECTVRA, ET TVRGOVIA.



ARGOVIA pars fuit REGNI TRANSIVRENSIS quod quidquid à Iura monte, ad Alpes vsq; excurrebat (cui quòdam Heluetij, Rauraci & Allobrogum pars, hodie vero Sabaudia Ducatus, ac Vchtlandia Brisgouia, Suntgouia Cremerlandia & Tigurinensis Praefectura siue Heluetiorum hodiernorum pagi tenent) comprehendebat: id regnum circa annum 888 à Rodulpho, Chonrardi cuiusdam Comitis (cui secundum Añales Paternacenses cognomen fuit à Stratlingē Arce) filio, erectum fuit: eius successores recensentur in descriptione Nuchtlandia, quorum vltimus Rudolphus V cognomento ignauus id regnum cessit Chonrardo saligno, tunc Sueuia duci, postea autem Romanorum Imperatori, cuius successores id tenuerunt, donec Rodolphus Sueuia Dux, factione Romani Pontificis & quorundam Principum, Imperator aduersus Imp. Henricum quartum creatus, Sueuia Ducatum, cui Nuchtlandia siue Burgundia minor adiuncta erat (adeo vt inde Burgundia Ducis titulum cum Sueuico gereret) Bertholdo eius nominis secundo resignauit. Henricus vero ex Italia reuersus vtrumq; eo ducatu vi armisque spoliavit, & Friderico à Stauffen cum altera filiarum suarum Agnete, dotis nomine attribuit, quod licet mortis occasionem eodem anno Bertholdo praebuerit, nihilominus eius filius, istius nominis tertius, quem ex Richamara priore coniuge sustulerat, iuri paterno nunquam renunciare voluit: sed litem quae magnis odijs inter eum & Fridericum à Stauffen ob Ducatum Alemanniae perseuerabat Imperatore arbitro, ita composita est, vt Friderico tota Sueuia, Bertholdo autē Brisgouiae ciuitates, & nonnullae Prouinciae quae in Alsacia existunt cum Nuchtlandia & Praefectura Tigurinensi (quae Aduocatiā tunc dicebant) & titulo Burgundiae Ducis remanerent. Sed ex Annalibus Friburgensibus constat, Zeringenses Principes non solum Ducis, sed etiam Regis, aut potius Rectoris Burgundiae & Arelatensis titulo vsos fuisse. Chonrardus post Bertholdum III Zeringiae Dux fuit, à Friderico Sueuia Duce qui postea Imperator fuit bello pressus & Tiguro expulsus fuit, & Zaringiae castellum extortum, quod vt recuperaret, Comitatum Hapsburgensem Sueuo tradere coactus est. Bertholdus IV mortuis omnibus suis fratribus, toto Zeringensi Principatu potitus est: eiusq; & minoris Burgundiae Dux ac Rector nuncupatus fuit, nec non etiam Geneuae & Losannae Princeps. Bertholdus V. cognomento diues habuit, titulumq; gessit Ducis Zeringiae, Brisgoiae, Vchtlandiae, siue minoris Burgundiae & Comitatus tractus Auenticensis: Praefectus Turgouiae ab Imp. Oysthone quarto institutus, Princeps opibus & potentia florens, in principatu suo augeo plus aequo cupidus, lares suos ditionesq; in Burgundiam vsq; propagauit, vnde Baronum & nobilium, quos praeter aequum & fas spoliauerat, coniuratione in se concitata, Vchtlandia excessit, Bernamq; ciuitatem Friderico II Imp. donauit: Villingam oppidum nemoris Hercinij condidit: coenobium item Omnium Sanctorum prope Oberkirchum, quod magnifice dotauit: ex vxore N. Comitissa Burgundiae habuit Bertholdum & Fridericum, quorum alterum quidam Burchardum, alterum Adrianum nominat: pueri à Burgundionibus veneno sublatis, & Soloduri tumulati. Bertholdi itaq; liberis defunctis, ipsius sorores quarum vna, nomine Agnes Egoni Comiti de Vrach & Furstberg collocata erat, altera nempe Anna Sigismundum Comitem kiburgensem maritum, seu vt alij scribunt Vuernherum habebat, sororis sui hereditatem, inter se partiti sunt, adeo vt kiburgensis Vchtlandiam siue minorem Burgundiam, cum tractu Auenticensi, quo Episcopatus Geneuensis & Losanne comprehenduntur obtinuerit: Cetera vero quae tum in sylua ingra, tum in Brisgouia & Sueuia Principes Zeringenses possederant: Egoni remanerent, qua ratione tam ipse, quam eius posteritudo titulo Comitum Friburgensium nominati sunt vsq; ad annum 1367. Porro Vuernherus kiburgensi, frater fuit Hartmannus senior nuncupatus, & filius Hartmannus iunior dictus qui anno 1263. obiit nullis superstitibus liberis, Qua de causa tota illius successio ad Hartmannum seniore patrum redijt, cuius filiam vnicam & heredem Elisabetham, in vxorem ducens Eberhardus Comes Hapsburgensis (qui postea se mutato titulo Comite kiburgensem huncu-

nuncupavit, factus est dominus ciuitatis Friburgensis in Nuchtlandia cuius ciuitatis dominium Rodulpho Hapsburgensi postea vendidit. Eberhardus decedens post se duos reliquit liberos, Eberhardum & Hertmannum, quorum postremus à fratre postea fuit occisus, hic verò atq; eius posterì, partim Austracis, partim Sabaudia Principibus quidquid iuris, in minore Burgundia obtinebant, tandem vendiderunt. **TIGVRVM** absq; omni contro- uersia, vna est è vetustissimis vrbibus Heluetiæ, domestici Annales tradunt sedecim annis, post Treuitorum urbem conditam esse. Treuiros autem Trebetam Nini filium, Abrahami patriarchæ temporibus condidisse Marianus scotus in Chronicis memoriæ prodidit Tigurinum quoq; mentio celebris est in Romanis historijs, quia & cum Cimbris aduersus Romanos militarunt, & Cassium consulem profligarunt, & postea à Iulio Cæsare bello Gallico victi & cæsi sunt: ab eo tempore vsq; ad Alemanorum irruptionem sub Romano Imperio Tigurum fuit, post in Francorum Regum potestatem, & inde ad Imperium illud Germanorum, quod Romani nomen & umbram habet peruenit. Sunt à Regibus Francicis duo Collegia, virorum vnu, alterum feminarum Tiguri instituta, penes hæc olim maxima ex parte, Imperium vrbis fuit. Cæterum in arce quæ ad Limagum edito loco sita olim fuit, Francorum Regum Præfetti habitauerunt, qui collegiorum & vrbis Aduocati erant: post sub Germanis Imperatoribus itidem Præfetti dati sunt vrbis & collegijs, non tamen qui in Arce habitarent, nam hoc munus plebiscitis Principes viri habebant. Cæterum illis temporibus vrbis nihilominus suum consiliu habebat virorum triginta sex, è quibus duodecim quadrimestri tempore imperabant: fuit hæc forma circa annum 1100. & durauit vsq; ad annum 1336. quo tempore mutata est, Cæterum illis temporibus paulatim vrbis libertas creuit atq; collegiorum iugum excutere cepit: in his enim Pontificum & Imperatorum dissensionibus Tigurini Imperatorum partes sequuti sunt, & Friderico AEnobarbo, Friderico II, Ludouico Bauaro adhaeserunt, itaq; ab his priuilegijs & immunitatibus aucti sunt, præsertim à Friderico secundo, etenim hic mortuo Bertholdo ultimo Zeringensi Duce, collegiorum vrbis Tigurinae Aduocato, ciues in Imperij tutelam recepit, circa annum 1218, ac postea multa priuilegia collegiorum, & præterea ius eligendi Senatum, quod antea penes collegia fuerat in ciues transtulit, ac statuit ne vnquam liceat urbem ab Imperio alienare: frequens mercimoniū serici panni in vrbe fuit, multi etiam qui sericum texerent sed quodam tempore quo cuncta infesta fuerunt, omne illud mercimoniū Nouocomum, ad Lariū lacum translatum est. **SALODVRVM** vna est ex antiquissimis totius Heluetiæ vrbibus, & Treuitorum soror dicitur, quorum urbem Nini seculo conditam esse vetusti Annales tradunt. Antiquitates vrbis indicant veteres inscriptiones Romanæ, quarum aliquæ adhuc Saloduri extant: Alemannicis autem & Hunnicis Francicisq; bellis, & incursionibus, in Galliam inclinante imperio, hæc quoq; vrbis cum pluribus alijs vastata est, cæterum Francicis temporibus, denuo instaurata fuit & Episcopatus Geneuensis subdita, tradunt enim in Fano D. Victoris prope urbem scriptum esse: Acta sunt hæc regnante Domitiano Episcopo Geneuensi, quo tempore etiam castrum Salodorense episcopatus Geneuensis subditum erat, &c. Cæterum sub Germanis Imperatoribus, Salodurum semper fuit in numero vrbium imperij: sic tamen ut præcipuis priuilegijs & immunitatibus fruere collegium Canonicorum, cuius eadem pariter: cum Tigurinjs priuilegia esse traduntur. Aduocatus huius vrbis sicut & aliarum vrbium imperij in Heluetis fuit penes Duces Alemanniæ. **VRBS** Lucerna sita est ad fluuium Rufam, qua is effluit ex lacu amplo, & per quem ad tres pagos nauigatur ad pedem altissimi montis, quem Fractum montem, & Pilati montem vulgo nominant. Locus vrbis commodus est, quod hac iter sit in Italiam per Alpes Lepontias, quem montem S. Gothardi hodie nuncupant, hinc merces ad Alpes subuehuntur, indeq; in Italiam clitellarijs iumentis, & vicissim Italiae merces per lacum & Rufam fluuium in Rhenum, ac porro in Oceanum descendunt. Origo vrbis incerta est: vtrinque ad flumen extitisse castella singula traditur (hodie sunt ciuium ædes) quæ ab Alemannis extructæ creduntur. Vrbis nomen accepisse videtur à Lucerna, quæ forte illic in usum nauigatiu noctu ponebatur, atq; huic rei credibile est inseruisse turrim illam vetustam, quæ ad superiorem pontem hodie ab aquis nomen habet, qualis & Tiguri cernitur à fluctibus Vuellenberga dicta: Pharos antiqui turres huius generis appellarunt.

Nam cum in Insubres transmittendæ sunt, singulis iumentis duæ sarcinæ imponuntur ob id quod neque bigæ neque quadrigæ ultra montes iter facere valeant, Equi verò, ad hunc laborem assueti, repòrtant vinum generosum, quod vulgo Veltlin vocant: in montibus illis Curiensibus varia genera animalium & auium, specie non differentium, ab animalibus Valesiæ vt sunt ibices, capricorni, mures montani, vultures, lagopi, phasiani, Galli siluestres, parnisq; sunt. Includitur quidem Curia cathedralis mœnibus ciuitatis Curiensis, sed altiore loco sita est, tanta amplitudine vt Episcopales eðes, Canonicorum dõmos & cathedralem Ecclesiam cõpræhendat, quæ quantum fert patriæ mõs, magnificè sunt extructa, præcipue tamen Episcopi curia intus & exterius splendide extructa est, regalibusq; conclauibus aulisq; ornata: hodie nihil est quod Urbẽ deformiorem reddat, quam incomposita, domorum tecta, quæ vice coctilium tegularum lapidibus, aut tabulis ligneis inconcinne teguntur. Non enim habent montes illi saxosi & asperi, idoneam terrã, vnde lateres coqui possint. Infra Curiam ad spacium magni miliaris erumpit Langarus fluuius, ex Prætigoia montibus, fluuius quidem satis impetuofus, misceturq; vbi Prætigoia fauces exijt.

LVPINVM vulgo **Maiensfeld**, oppidum à Maia matre Mercurij, quæ ibi olim honorata fuit, incole nomen Maiensfeld accepisse dicunt, fuit autem ipsum dominorum de Brandis, sed modo Grifones agnoscit, vtiturq; lingua Germanica: Sequitur deinde ad dexterã Rheni Nebelgoia, in qua iuxta arcem Gutembergã, est ditio Vadutzensis, inde Estnerberga Comiti à Sultz parens: postea Comitatus Feldkirchenfis, qui ad lacum Brigantinum extèditur. Est Vadutz, quasi vallis dulcis, nunc amœna Regio, arcem habens sublimi & præcipiti rupi impositam atq; satis munitam. **VELDKIRCHVM** siue Velcuria, paruum quidẽ, sed excultum & negociosum est oppidum, in Nebelgoia, inter rupes & montes ad flumẽ Illam situm, distans à Acronio lacu Italiam versus tribus miliaribus. Illa fluuius decurrit ex radicibus montis Rheticonis per Gaschurniam, Montem fundanũ, & Drusianam vallem vsq; ad Veldakirchij mœnia plus minus sex miliaribus, dimidio miliaris spacio infra Veldkirchum Rheno miscetur, incolis piscium & lignorum copiam suppeditat. Temporibus diui Gregorij Romani Pontificis appellatum fuit oppidum **Sawensfeld**, id est roris campus: eo loco, qui hodie vetus ciuitas dicitur, fuit, deinde nomen **Feldkirch** obtinuit, ac si dicas, errans Ecclesia, eo quod cum à Christiana religione defecisset, per herum suum Comitem cũ rubro vexillo seu de veteri Montforti, auxilio Ducis Sueuię, armis receptũ, atque ad veram fidem redactum fuerit. Alijs verò placet hunc locum ad campos dictũ fuisse, eo quod Estionum Metropolis fuerit, acceptã verò religione à Germanis illuc coloniam deducẽtibus, **Veldkirch** id est Campiphanum dici cepisse: Hodie verò Anglis, & inferioribus Germanis hac Romam petentibus, ad Sanctum Petrum appellatur: quod ad opiparam victus rationẽ attinet nihil vel Apitius desiderauerit, facile enim Erythrotaones, Attagenes & nobiliores quasq; auiculas, item ibices seu dorcadas, ceruos ac reliqua ferarum genera, similiter delicatissimos pisces, generosa vina, præcipue quæ in ardente aut Selle môticulis Abbatis aut Villensium cliuis crescunt, optima armenta, vna cum carnibus butyro & caseis pinguisimis, arboreisq; fructibus quam sapidissimis, reperire, & comparare omnibus licet.

REGIO atq; ditio quæ olim Retigoia à Reticone monte dicta fuit, temporis successu accessione literæ, P. ex Retigoia facta est Prætigoia, nullum habet oppidum muro cinctum, sed arcem Castels & villas magnas: vallis in longitudinem quatuor miliaribus protenditur, angusta est latitudine, fluitq; per ipsam vallem amnis Langarus: clauditur versus Meiensfeld angusto introitu & Arce iam diruta, ceu porta quadam, nec aliunde ad eius habitatores ingressus patet. In meditullio autem regionis supra villam Foederis, sunt aque aluminose seu fons subacerbus, quo balnei loco vtuntur incole & vicini, contra stomachi ob indigestionem morbos, aduersus sanguinolentas excreffiones & febres, deniq; ad restringendum nimis copiosa menstrua. A tergo Prætigoia versus Tafaas, sunt VValseeri qui vt plurimũ in altis montibus degũt & habitãt, apud eos nihil præter rapas, herbas & siluas crescit, post montes istos versus Septimum montem, inueniuntur Capricorni, Agaricum, resina ex laricibus copiose stillans, pineæ nuces.


V A L E S I A, V V L G O ³⁹

Wallis oder Wallisser Landt.



VALESIAE nomen vnde originem habeat, nemo indicat, nisi Munsteri ea de re sententia placeat, verisimilis certe est. Arbitratur autem ei nomen inditum à valle, aut ab valeria Arce ciuitatis Sedunensis. Valesia populi olim Veragri, Agauni, Iuberi iuxta Rhodani originē, Seduni Antuates, Allobroges Salsij dicti fuere. Nunc Valesia in superiorem & inferiorem diuiditur. Superior idiomate Germanico vtitur, incipitq; à Furca mōte, excurritq; ad Marcam regionis vsq;, quæ est sub Seduno, iuxta amnē Morsum: septem decumas seu diœceses, (quas Zenden vocant) complectitur, nempe Sedunum, Sider, Leuck, Raren, Visp, Brig & Gombs. In his diœcesibus inueniuntur 30. parœchiales Ecclesiæ: in inferiori Valesia lingua Sabaudica in vsu est: ab amne Morsio initiū sumit, extenditurq; ad pontē S. Mauricij vsq;, in ea sex cōmunia populi (vulgus communitates dicit) sunt, alij vexilla seu Banneras vocant, nempe Gondes, Ardon, Sallien, Martinach, Intremont, & S. Mauricius, in his 24. parœchiæ inueniuntur. Olim in ea multæ Arces fuere sed à superiorib; Valesianis expugnatæ dirutæq; sunt. Populus Valesie est erga externos valde humanus, affabilis, totusq; beneficus, inter se verò paulo rigidiōres, quā amicos & vicinos deceat, habentur: vulgare in Valesia est vt bona hominum pars, vtriusque sexus, strumis perinde ac Styriæ populi defedentur, eas strumas aquæ quam potant natura, ipsis conciliat. Non alia (præter Sedunum) muris cincta ciuitas in Valesia est, quanquam S. Mauritius siue Agaunum, pro oppido haberi possit: tota sane vallis, quæ à S. Mauritij oppido ad Furcam montem vsque protenditur, vna esse ciuitas dici posset, quæ vtrinque altissimis montibus inexpugnabilibusq; saxis, tanquam mœnibus claudatur, porta autem & introitus ad S. Mauritium esse videtur: superfluum igitur estimant ducuntq;, alia oppida (quæ à natura vallo clausa sunt) muris cingere. Regio igitur Valesiana grandis & longissima vallis est, ingentibus altissimisq; montibus, & præacutis petris vndiq; conclusa, qui magna ex parte, altitudine fere vnus miliaris Germanici in cœlum adurgunt: eorum multi perpetuo glacie indissolubili, aut niue glaciali rigent atq; horrent: in imo vero iuxta montium pedes, solum optimū fœcundissimūq; est omnium rerum ferax: nullaq; sane terra est, quæ editis adeo montibus attollitur & nihilominus fundum habeat, adeo fertilem. Regionis longitudo ab Occidente ad Orientem protenditur, itinere quinque dierum, latitudo vero valde angusta est, prope Octodurum tamen & Sedunum paulo spaciosior est, adeo vt agri exculti, quin & prata ibi conspiciantur. Montes plerique tam sunt accliuēs & penduli, vt conscendi nequeant, imo nemo sine stupore, illorum cacumina valeat intueri: quacumque parte quis regionem ingredi velit, ei necesse est altissimos montes transcendere per varias ambages & recessus loca periculosa abstrusa & vorticosa, quæ loca illi transitus (vulgo passagia) nominant, qui transitus hyeme aeris intemperie ita clauduntur, vt non facile quis ingredi vel egredi regionem queat, præterquam apud S. Mauricij oppidum ibi enim alpes in modum faucium vtrinque concurrunt, relicto angusto spacio per quod Rhodanus euoluitur, pons verò lapideus vna testudine vtramq; fluuij ripam complectens, ingressuros in Valesiam transmittit, nec potest quisquam hyeme ingredi regionem, nisi per hūc pontem, qui Arci ibidem extructa iungitur, cumq; eius Præfectus portam pontis claudit, clausa est tota Valesia. Nulla re alenda vitæ humanæ necessaria caret hæc regio, profert enim vinum, frumentum, fructusq; omnis generis, carne & piscibus abundat, vinum crescere incipit in diœcesi Brigenfi in montibus, vinetaq; continuantur secundum descensum Rhodani ad S. Mauricij oppidum vsque. Apud Sedunum rubrum vinum, albo præstantius est, tamq; atrū & dēsum vt eo scribi possit. Iuxta Octodurum album bonitate rubrum superat: vix in Germania locus reperiri posset, vbi nobilius quam Seduni vinum crescat, id in vicinas regiones exportatur, conseruariq; ad decē annos vel etiam viginti potest. Arianum vero (quod Muscatellum vocant) vltra biennium incorruptum non retinetur. frumenti hæc regio nulla penuria laborat, habet triticum filiginem, frumentum æstiuale (cui lanx nomen est) habet hordeum;

VALLIS VALENTINAE



Mitharia helvetica communia

deum, auenam, faba, pisa, lentes, milium: mensis tanta est, quanta in eolis in annum sufficiat: Seduni Syders & Gudes, crocus in magna abundantia crescit: malagranata, amygdala, ficus poma, pira, nuges, pruna, cerasa, castaneæ, auellaneæ, corna ibi inueniuntur: pecudum quoque domesticorum copiam alit, vaccas, boues, equos, asinos, mulos, oues, porcos, capras, anseres, anates, gallinas, cuniculos, pauones columbas. Abundat etiam apibus, vnde illis non exiguum emolumentum. Habent præterea Alpes hi animalia quædam nobis qui extra hos montes degim⁹, penit⁹ incognita, vt sunt egocerotæ seu capricorni, indes, ibices mures alpini, lepores nostris dissimiles, Phasiani magni & parui, galli siluestres, gallinæ petrosæ Auicule quas parnifas vocant, perdices, bonosæ, fulices, vultures, palumbi, ardeæ, ficedulæ, mergi, coturnices, turdi: abundant quoque vrsis, lyncibus, vulpibus, martribus, falconibus: carent autem ceruis, capreis, apris siluestribus, scorpionibus & conchyliatis ranis. Suppeditant præterea montes huius regionis multas nobiles herbas, ac radices medicas, præsertim gentianam, antrinam, damargam, spicam celticam, Ostrulam, Squillam, Selligem, pimpinellam, astrensem, Cepes marinas. Ex arboribus profert larices & terbinthum, vnde resinam copiosam colligunt incole, & fungi speciem (quem Medici Agaricum vocant) Terram vndique plurimis riuulis rigatur, qui omnes Rhodano miscentur: is iuxta Furcam montem, è glacie liquefcenti (vti creditur) ortus: (quamuis & in eodem monte fons magnus scaturiat) hanc regionem ingenti strepitu, magnam secum glaciei vim trahens perlabitur, & illico accurrentibus vndique riuus è montibus labentibus auctus, præcipitatur per aspera saxa, angustias montium ac alia confragosa loca, tanta insania, vt nedum in spumam sed & in nebulam resoluatur. Montes huius Regionis qui frequenter sunt nunc alia quam olim nomina habent, Mòs ex quo Rhodanus oritur, olim Subecus Coatius ac vrsellus vocatus fuit, nunc Furca nuncupatur: huic vicinus est Gothardi mons: iuxta Brigam est Sempronius mons hodie simpelberg: huic vicini sunt Sases & Matter montes. Ex altera parte Rhodani sunt Loetsch & Gemmi montes. In valle Pœnina Arolla mons glacialis est: E regione Sider versus Septentrionem est Syluius mons, is iam Augstalbè vocatur, & ex eadem parte vterque Bernardi mòs. in maiori Xenodochium est extructum peregrinantibus, quibus ibidem victus gratis offertur: Hospitium illud tam amplum est, vt sexcentorum peregrinorum capax sit: qui verò hoc loco moriuntur sepeliri non possunt, quum ibi non sit terra fossilis, sed cadauera eorù proijciuntur in profundas speluncas petrarum, vbi frigore rigescunt. In valle (Brennis dicta) Monachi quidam cœnobium exciderunt in petra solida, cum templo, culina, hypocausto & cellulis aliquot, sine vllò lignorum adiumento: petra ipsa est monasterij tectum parietes, postes ostiorum, mansiunculæ ipsæ. Sylua Hercynia huc etiam spargit ramos suos, diuersis insignitos nominib⁹, alibi enim Milebach silua, iuxta Arnen nimirum dicitur: iuxta Perigrad, Persimwald vocatur, atq; alibi aliter. Fodinarum etiam feracissima est regio. Crystallus purus & impur⁹ in Gombs, iuxta Rhodani originem eruitur, in Vespienti quoq; diocesi, præter Crystalli, argenti fodinæ sunt, sicut & in Raronensi agro. In Sider quoq; argenti vena est: plumbum foditur in Lothstein: in Sedunensi agro Cupri fodina est, in eodem quoque inuentus est salis fons: iuxta Octodurum ferrum foditur, & in Bangis valle crebræ sunt argenti fodinæ, quin & Lithantrates siue carbones lapidei (quales in Eburonibus) iam ibidem fodiuntur. Thermæ sunt optimæ & saluberrimæ iuxta Brigam, & præter eas etiam Leucenses, multiplici fonte scaturientes: ita nullis non naturæ dotibus hæc regio prædita est, quibus etiam accedunt insolita & prædicanda naturæ miracula nusquam crebriora: Terminatur à Septentrione Bernatibus & Lucernatibus Heluetijs: à Meridie Cortijs Alpibus & Lepontijs, ab ortu sumis alpibus & Rhetia alta, ab Occasu Grayis alpibus & Lemano Lacu.

SED VNUM germanice *Sitten* & gallice *Sion*, pro patriæ more elegans est ciuitas, crescitque indies splendor ædificiorum: Adiacet vrbs monti, qui in media planicie, inter altissimos montes vallem claudentes, sensim versus ortum consurgit, bifurcaturq; in duo petrosafastigia, seu eminentes colles: qui dextram tenet alluitur in subiecta valle Rhodano, vocaturq; Valeria quæ olim fuit Arx munita. A sinistra verò Ciuitatis & à domo Episcopi, ascendit leniter mons petrosus, & valde angustus, sitq; gradatim multo sublimior, quam sit Valeria, habet vtrinque præcipitia profunda, quæ non facile humano labore & sudore conscendi possunt, præsertim à latere septentrionali, duratque hic ascensus ad spacium iactus Bombardæ, in cuius summa extremitate Arx constructa valde amœna munitaque est, cæterbyle vocatur, habens multas elegantes & amœnas mansiones.